

00 J

109
Kal.

T. q. 273.



GOETLOESSI WILMI MET

LVSSESSIS

MONSTRIS LEGIS PRÆDECORIS ET PRAE

LIBRORVM SYMBOLICORVM

ECCLIAE NOSTRÆ VERITATEM

HISTORIAN SUBSCRIPTIONIS EORVNDEM

EXCENS

IN CERTAINIS LITERIS

CIVILIBUS

ACADEMIAE GEORGIAE APOSTOLICAE

DIE LV ANNIS CIRCUMVITA

PATRIMO A RICARDO SEITANIAS AUG

CONSTITUTO

AB EXCENS THEOLOGORVM SYMMI VENERABILI

CEST

1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757.

1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765.

1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773.

1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781.

1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789.

1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797.

1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805.

1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813.

1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821.

1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829.

1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837.

1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845.

1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854.

1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863.

1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872.

1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881.

1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890.

1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899.

1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907.

1908. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915.

1916. 1917. 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923.

1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930. 1931.

1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939.

1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947.

1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955.

1956. 1957. 1958. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963.

1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971.

1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979.

1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987.

1988. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995.

1996. 1997. 1998. 1999. 2000. 2001. 2002. 2003.

2004. 2005. 2006. 2007. 2008. 2009. 2010. 2011.

2012. 2013. 2014. 2015. 2016. 2017. 2018. 2019.

2020. 2021. 2022. 2023. 2024. 2025. 2026. 2027.

2028. 2029. 2030. 2031. 2032. 2033. 2034. 2035.

2036. 2037. 2038. 2039. 2040. 2041. 2042. 2043.

2044. 2045. 2046. 2047. 2048. 2049. 2050. 2051.

2052. 2053. 2054. 2055. 2056. 2057. 2058. 2059.

2060. 2061. 2062. 2063. 2064. 2065. 2066. 2067.

2068. 2069. 2070. 2071. 2072. 2073. 2074. 2075.

2076. 2077. 2078. 2079. 2080. 2081. 2082. 2083.

2084. 2085. 2086. 2087. 2088. 2089. 2090. 2091.

2092. 2093. 2094. 2095. 2096. 2097. 2098. 2099.

2100. 2101. 2102. 2103. 2104. 2105. 2106. 2107.

2108. 2109. 2110. 2111. 2112. 2113. 2114. 2115.

2116. 2117. 2118. 2119. 2120. 2121. 2122. 2123.

2124. 2125. 2126. 2127. 2128. 2129. 2130. 2131.

2132. 2133. 2134. 2135. 2136. 2137. 2138. 2139.

2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2145. 2146. 2147.

2148. 2149. 2150. 2151. 2152. 2153. 2154. 2155.

2156. 2157. 2158. 2159. 2160. 2161. 2162. 2163.

2164. 2165. 2166. 2167. 2168. 2169. 2170. 2171.

2172. 2173. 2174. 2175. 2176. 2177. 2178. 2179.

2180. 2181. 2182. 2183. 2184. 2185. 2186. 2187.

2188. 2189. 2190. 2191. 2192. 2193. 2194. 2195.

2196. 2197. 2198. 2199. 2200. 2201. 2202. 2203.

2204. 2205. 2206. 2207. 2208. 2209. 2210. 2211.

2212. 2213. 2214. 2215. 2216. 2217. 2218. 2219.

2220. 2221. 2222. 2223. 2224. 2225. 2226. 2227.

2228. 2229. 2230. 2231. 2232. 2233. 2234. 2235.

2236. 2237. 2238. 2239. 2240. 2241. 2242. 2243.

2244. 2245. 2246. 2247. 2248. 2249. 2250. 2251.

2252. 2253. 2254. 2255. 2256. 2257. 2258. 2259.

2260. 2261. 2262. 2263. 2264. 2265. 2266. 2267.

2268. 2269. 2270. 2271. 2272. 2273. 2274. 2275.

2276. 2277. 2278. 2279. 2280. 2281. 2282. 2283.

2284. 2285. 2286. 2287. 2288. 2289. 2290. 2291.

2292. 2293. 2294. 2295. 2296. 2297. 2298. 2299.

2300. 2301. 2302. 2303. 2304. 2305. 2306. 2307.

2308. 2309. 2310. 2311. 2312. 2313. 2314. 2315.

2316. 2317. 2318. 2319. 2320. 2321. 2322. 2323.

2324. 2325. 2326. 2327. 2328. 2329. 2330. 2331.

2332. 2333. 2334. 2335. 2336. 2337. 2338. 2339.

2340. 2341. 2342. 2343. 2344. 2345. 2346. 2347.

2348. 2349. 2350. 2351. 2352. 2353. 2354. 2355.

2356. 2357. 2358. 2359. 2360. 2361. 2362. 2363.

2364. 2365. 2366. 2367. 2368. 2369. 2370. 2371.

2372. 2373. 2374. 2375. 2376. 2377. 2378. 2379.

2380. 2381. 2382. 2383. 2384. 2385. 2386. 2387.

2388. 2389. 2390. 2391. 2392. 2393. 2394. 2395.

2396. 2397. 2398. 2399. 2400. 2401. 2402. 2403.

2404. 2405. 2406. 2407. 2408. 2409. 2410. 2411.

2412. 2413. 2414. 2415. 2416. 2417. 2418. 2419.

2420. 2421. 2422. 2423. 2424. 2425. 2426. 2427.

2428. 2429. 2430. 2431. 2432. 2433. 2434. 2435.

2436. 2437. 2438. 2439. 2440. 2441. 2442. 2443.

2444. 2445. 2446. 2447. 2448. 2449. 2450. 2451.

2452. 2453. 2454. 2455. 2456. 2457. 2458. 2459.

2460. 2461. 2462. 2463. 2464. 2465. 2466. 2467.

2468. 2469. 2470. 2471. 2472. 2473. 2474. 2475.

2476. 2477. 2478. 2479. 2480. 2481. 2482. 2483.

2484. 2485. 2486. 2487. 2488. 2489. 2490. 2491.

2492. 2493. 2494. 2495. 2496. 2497. 2498. 2499.

2500. 2501. 2502. 2503. 2504. 2505. 2506. 2507.

2508. 2509. 2510. 2511. 2512. 2513. 2514. 2515.

2516. 2517. 2518. 2519. 2520. 2521. 2522. 2523.

2524. 2525. 2526. 2527. 2528. 2529. 2530. 2531.

2532. 2533. 2534. 2535. 2536. 2537. 2538. 2539.

2540. 2541. 2542. 2543. 2544. 2545. 2546. 2547.

2548. 2549. 2550. 2551. 2552. 2553. 2554. 2555.

2556. 2557. 2558. 2559. 2560. 2561. 2562. 2563.

2564. 2565. 2566. 2567. 2568. 2569. 2570. 2571.

2572. 2573. 2574. 2575. 2576. 2577. 2578. 2579.

2580. 2581. 2582. 2583. 2584. 2585. 2586. 2587.

2588. 2589. 2590. 2591. 2592. 2593. 2594. 2595.

2596. 2597. 2598. 2599. 2600. 2601. 2602. 2603.

2604. 2605. 2606. 2607. 2608. 2609. 2610. 2611.

2612. 2613. 2614. 2615. 2616. 2617. 2618. 2619.

2620. 2621. 2622. 2623. 2624. 2625. 2626. 2627.

2628. 2629. 2630. 2631. 2632. 2633. 2634. 2635.

2636. 2637. 2638. 2639. 2640. 2641. 2642. 2643.

2644. 2645. 2646. 2647. 2648. 2649. 2650. 2651.

2652. 2653. 2654. 2655. 2656. 2657. 2658. 2659.

2660. 2661. 2662. 2663. 2664. 2665. 2666. 2667.

2668. 2669. 2670. 2671. 2672. 2673. 2674. 2675.

2676. 2677. 2678. 2679. 2680. 2681. 2682. 2683.

2684. 2685. 2686. 2687. 2688. 2689. 2690. 2691.

2692. 2693. 2694. 2695. 2696. 2697. 2698. 2699.

2700. 2701. 2702. 2703. 2704. 2705. 2706. 2707.

2708. 2709. 2710. 2711. 2712. 2713. 2714. 2715.

2716. 2717. 2718. 2719. 2720. 2721. 2722. 2723.

2724. 2725. 2726. 2727. 2728. 2729. 2730. 2731.

2732. 2733. 2734. 2735. 2736. 2737. 2738. 2739.

2740. 2741. 2742. 2743. 2744. 2745. 2746. 2747.

2748. 2749. 2750. 2751. 2752. 2753. 2754. 2755.

2756. 2757. 2758. 2759. 2760. 2761. 2762. 2763.

2764. 2765. 2766. 2767. 2768. 2769. 2770. 2771.

2772. 2773. 2774. 2775. 2776. 2777. 2778. 2779.

2780. 2781. 2782. 2783. 2784. 2785. 2786. 2787.

2788. 2789. 2790. 2791. 2792. 2793. 2794. 2795.

2796. 2797. 2798. 2799. 2800. 2801. 2802. 2803.

2804. 2805. 2806. 2807. 2808. 2809. 2810. 2811.

2812. 2813. 2814. 2815. 2816. 2817. 2818. 2819.

2820. 2821. 2822. 2823. 2824. 2825. 2826. 2827.

2828. 2829. 2830. 2831. 2832. 2833. 2834. 2835.

2836. 2837. 2838. 2839. 2840. 2841. 2842. 2843.

2844. 2845. 2846. 2847. 2848. 2849. 2850. 2851.

2852. 2853. 2854. 2855. 2856. 2857. 2858. 2859.

2860. 2861. 2862. 2863. 2864. 2865. 2866. 2867.

2868. 2869. 2870. 2871. 2872. 2873. 2874. 2875.

2876. 2877. 2878. 2879. 2880. 2881. 2882. 2883.

2884. 2885. 2886. 2887. 2888. 2889. 2890. 2891.

2892. 2893. 2894. 2895. 2896. 2897. 2898. 2899.

2900. 2901. 2902. 2903. 2904. 2905. 2906. 2907.

2908. 2909. 2910. 2911. 2912. 2913. 2914. 2915.

2916. 2917. 29

GOTTLOB GUILIELMI MEYER

LUBECKENSIS

SEMINARII REGII PHILOLOGICI SODALIS

COMMENTATIO

LIBRORVM SYMBOLICORVM
ECCLESIAE NOSTRAE UTILITATEM

ET

HISTORIAM SUBSCRIPTIONIS EORUNDEN
EXPONENS

IN CERTAMINE LITERARIO

CIVIVM

ACADEMIAE GEORGIAE AVGUSTAE

DIE IV. JVNII CI CCCCXCVI.

PRAEMIO A REGE M. BRITANNIAE AVG.

CONSTITVTO

AB ORDINE THEOLOGORVM SVMME VENERABILI
ORNATA.

*Gal. V, 1. Τῇ ἐλευθερίᾳ, ἣ χριστὸς ἡμᾶς ἡλευθέρωσε, σήκετε, καὶ μὴ πάλιν
ζυγῷ δουλείας ἀνέχεσθε.*

GOTTINGAE

TYPIS IOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.



Venerabilis Theologorum Ordo postulauerat:

*Primum: vt diceretur, quannam maxime utilitatem etiam hac aetate
afferre possent libri ecclesiae nostrae symbolici?*

*Deinde: vt, quantum fieri posset, exponeretur, quomodo mos intro-
ductus et propagatus fuerit, horum librorum subscriptionem a
religionis doctoribus exigendi?*

Iudicium S. V. Theologorum Ordinis de hac qualicunque
commentatione:

*“Auctor huius commentationis materiem tam bene ac solerter coagit et
disposuit, tantoque iudicij acumine et modestia atque orationis elegantia
tractauit, vt vnamini Ordinis consensu victoris corona dignus esse videretur.
Omnino quaestione propositam curiosius ac diligentius illustrauit, quam
vlo scripto publico factum esse nouimus. In eo solum peccauit commen-
tatio, quod ad maiorem molem excrevit, quam instituti leges admittunt.
Rescindenda igitur nonnulla prius erunt, quam publicam lucem videre
possit.”*

1700
HOISTEIN LIBRARY

L213

Questionibus a S. V. Theologorum ordine certamini litterario propositis accuratius pertractandis ut meam qualemcumque operam impendam, ita rem agere studebo, vt in parte prima ad utilitatem librorum ecclesiae nostrae symbolicorum melius diuidicandam, primum ostendam, quamnam utilitatem in genere praestare possint libri symbolici, eamque re vera esse utilitatem nominandam, demonstrem; deinde ipsis prius expositis adhibitis explicem, quamnam utilitatem libri ecclesiae nostrae symbolici etiamnum afferre possint? denique hisce, quae ipse de hac re sentiam, vberius indicatis, ea, quae vario tempore ab vtraque parte de libris symbolicis disputata sint, addam, atque diuidicem; in parte secunda autem, quae ad historiam subscriptionis librorum symbolicorum pertineant, breuiter enarrem^{1).}

¹⁾ Minime necessarium esse existimo, vt de nomine horum librorum, symbolorum nempe, ea repetam, quae viri docti copiose fatis collegerunt, quum post ea, quae G. I. Vossius de tribus symbolis, Apostolico, Athanasiiano et Constantino-politano. Amstelod. 1642. 4. diss. I. §. 18. 19. p. 13. I.G. Walchius in introd. in l. eccl. luth. symb. Jenae 1732. p. 4 sq. et Chr. Gul. Fr. Walchius in breuiario theologiae symbol. eccl. luth. Gotting. 1781. p. 3 seq., et quos citant, afferunt, haud quidquam noui adduci posse videatur. Illud enim isti viri docti demonstrare studuerunt, vocabulo symboli (*συμβόλων*) subiecti signi cuiusdam, sive tesseræ, sive indicii cuiusdam significacionem, quo, sicut milites ab hostibus, ita unus coetus affectus ab aliis quibusdam coetibus distinguuntur. Etenim nomen illud de iis libris usurpatum, quibus, publica auctoritate praeditis, serio pertractandis atque strenue confundendis aliquo nunc maior, nunc minor hominum christianorum pars ab aliis quibusdam, qui non plane eidem de rebus sacris sententiae fauent, segregetur. Cuismodi librorum ante Lutherum tres potissimum maxima apud christianos auctoritate polluerunt, Apostolicum, quod vocant, Nicenum, et Athanasiandum; post repurgata autem, Lutheri aliorumque auxilio, sacra, symbolis ecclesiae, quae Protestantium, et in specie Lutheranorum nomen gerit, accensentur praeter tria illa vniuersalia, Auguſtana Confessio, et inuariata quidem, eiusque Apologia, Articuli Smalcaldici, Catechismus Lutheri maior et minor, qui quidem quinque libri ab omnibus ecclesiae Lutheranæ focus pro symbolicis habentur; denique Formula Concordiae strictius sic dicta, quae tamen non itidem omnibus ecclesiae nostrae affectis probatur. Cf. Walch introd. in II. symb. p. 87. 104 sq. Eiusdem *Einleitung in die Rel. Streit. d. evang. luth. Kirche.* T.I. p. 29. 30. 34.

 DISSERTATIONIS PARS I.

“Quaeritur, quaminam maxime vtilitatem etiam hac aetate afferre possint libri ecclesiae nostraræ symbolici?”

Ad hanc quaestionem a summe Venerabili Theologorum ordine propositam accurate si attendamus, facile intelligemus, quaestionem illam: Quamnam vtilitatem libri isti *etiam hac aetate* afferre possint, esse specialiorem, quae non possit satis recte dijudicari, nisi antea generalior illa, a qua pendeat, satis illustretur: quamnam *in genere* libri isti vtilitatem afferre possint? vt tum demum illud intelligatur: quatenus idem emolumentum nostra quoque aetate comparare possint? Haud igitur abs re esse censeo, si in partis primæfectione prima in genere explicare studeam, quae possit vñquam ex libris symbolicis vtilitas enasci?

PARTIS I. SECTIO I.

De vtilitate librorum symbolicorum in genere.

Omnis, quam libri symbolici comparare possint, vtilitas potissimum duplex mihi videtur esse, vel *historica*, vel *normatica*; *normatica* autem vel ad doctrinam aliis proponendam rite constituendam, vel ad lites de religionis capitibus dirimendas, quam quidem vere pro vtilitate habendam esse, ostendere conabor.

§. I.

Prima igitur quorumcunque librorum symbolicorum vtilitas, *historica* nimirum, in eo consistit, quod iis adhibitis accurate cognoscere datur, quid ipsorum auctores de nonnullis religionis christianaæ capitibus iudicandum esse existiment, et cur ita statuant? quomodo singula dogmata e sacra scriptura erui debere sibi persuadeant? quantam vim sacrae scripturae tribuant ad hoc vel illud demonstrandum? quomodo varia sacri codicis loca quoddammodo inter se discrepantia inter se concilianda esse existiment? quid de iis iudicent, quae a scriptoribus sacris aut nimis obscure, aut

aut nimis breuiter indicata sint? item de iis, quorum in sacris illis institutionibus plane nulla facta sit mentio? denique, quibusnam argumentis vtantur ad hoc dogma defendendum, illud reiiciendum? Quum vero huiusmodi libri non eorum tantum sint, a quibus eduntur, sed nomine coetus cuiusdam, sive ecclesiae, quae istis hoc negotium demandauit, publici iuris fiant, non vnius alicuius tantum, aut paucorum, sed totius alicuius coetus sacri de religionis capitibus sententiam manifestam reddunt. Quo magis igitur necessarium est, vt ea, quae coetus aliquis de nonnullis religionis capitibus, praeferat iis, de quibus disceptari soleat, iudicet, manifesta reddantur, eo maior eiusmodi libri, qui ista, vti decet, manifeste satis exponit, est utilitas. Ac *primum* quidem vt in libris sacris tanquam optimis symbolis adhibendis ne acquiescant, efficit hominum, qui vario tempore eosdem pertractant, varietas; diuersissimum horum librorum interpretandorum studium; variorumque conatus, religionis christianaec dogmata accuratius definiendi; vt igitur diueritas opinionis atque lites non orihi nequeant, quae eiusdem religionis christianaec affectiarum disiunctiōnem in plures partes quodammodo necessariam reddant. Vtriusque autem partis interest, scire, quinam secum faciant, quique minus; quod quidem optimo modo libris quibusdam symbolicis, characteris loco adhibitis, quo altera ab altera parte discerni queat, declaratur. Quo luculentius igitur in eiusmodi symbolis ista dogmata exposita sunt, quae quisquam coetus tuenda existimat, quoque magis appareat, *in quibusnam rebus* ipse ab aliis dissentiat, et *cur* dissentiat, quibusque argumentis suas opiniones defendat, eo maior est eiusmodi librorum utilitas, ad characterem illum constituendum, et ad declaranda vel iis, qui non ipsi litibus istis fuerint implicati, sed tantum earundem testes adsint, singulae cuiusdam ecclesiae dogmata; opinionumque diueritatē explicandam; quo verius et aequius de hisce rebus iudicium ferre possint.

Deinde vero utilitas horum librorum *historica* in eo quoque conspicitur, quod ipsi, aperte auctorum suorum de religionis capitibus opinione declarando, coetum quendam sacram ab omni suspicione liberant, in quam alias facillime incidere potest. Quo

faepius enim accidit, vt ei parti, quae forte lites moueat, ab altera multa obiiciantur, tanquam stulte, aut inique, aut turpiter dicta, quum tamen non nisi in leuioribus rebus aliqua opinonum diuersitas adsit, eo magis necessarium est, vt manifestetur huiusmodi libro illorum iudiciorum iniquitas, quae non re ipsa, sed externa tantum specie nitabantur; declaretur item, eorum, quae segregata illa pars ab aliorum hominum opinione diuersa iudicet, multa esse non respuenda, nec deridenta, sed fortasse consideratione, quin assensione digna; faltem istam opinionum diuersitatem esse talem, qualis in omnibus aliis rebus adesse soleat; quam nec metuere quisquam, nec abhorre debeat; quam tamen auferre, salua hominem cogitandi libertate non possis; periculum autem omne, quod ab horum hominum de rebus sacris iudicio metuendum esse existi maueris, non in rebus ipsis, sed tantum in tua falsa de ipsis praeconcepta opinione locum habere. Quo grauior igitur est aliqua suspicio, a qua coetus quidam ope libri symbolici liberari cupit, quo iniquiora illa opprobria, a quibus se defendit, quoque firmioribus argumentis nititur, eo maiorem praefat eiusmodi liber et auctoribus suis vtilitatem, in iisdem defendendis; et aliis harum li tium testibus, in regendo eorundem de hac re iudicio.

§. 2.

Alteram, quam dixi, vtilitatem, libri symbolici in genere praefstant, dum in tanta de rebus sacris opinionum diuersitate normam quandam hominibus praescribunt, quam vel in tradendis religionis christiana capitibus seruent, vel in diuidicandis litibus in ea ipsa ecclesia, cuius sint illi libri, exortis respiciant. Qui quidem modus, libros istos adhibendi, vt doceatur, re vera vtilitatis nomine insigniendus esse, quaeramus necessarium videtur: *Primum*, vtrum et quatenus in libris illis tanquam doctrinae normam tuendis, vtilitas aliqua consistat? *deinde*, vtrum et quatenus ex iisdem ad disceptandas lites inter eiusdem ecclesiae ciues exortas adhibendis vtilitas quaedam capi possit?

I. *Primum* igitur, quaerimus: vtrum ad religionis christiana capita aliis tradenda practer sacram scripturam alia quaedam norma requira-

requiratur, a qua recedere nefas sit? Quod quidem dupli respectu
effici posse mihi videtur.

1. Quamuis in proponendis religionis christianaee placitis sacra
scriptura pro praecipuo fonte habenda sit, tamen summa eiusdem in-
terpretandae difficultas, quum ex rerum ipsarum, quas in medium
profert, natura, tum ex lingua, et ex scribendi genere, quo auto-
res ipsius vtuntur, tum ex notionum serie scriptoribus istis iudaicis
communi, a nostra cogitandi loquendique ratione alienissima, ex-
orta efficit, vt vel inter sagacissimos interpretes de nonnullis locis,
quae praecipua religionis capita proponunt, opinionum maxima
diuersitas non oriri nequeat. Ne dicam, praeterea quoque, etiam si
singula Noui Testamenti loca satis perspicua essent, tamen de eo
et posse multum disceptari, et esse saepissime disceptatum, quidnam
omnium istorum quae in sacris litteris monita sint, re vera ad re-
ligionem christianam pertineat, quidque tantum illustrationis causa
additum sit? quid omnibus omnium temporum futuris religionis
christianaee affectis dictum existimes, quidque non spectet, nisi ad
homines istius aetatis, qua libri isti litteris consignati sint? vt
igitur, in adhibenda scriptura sacra tanquam regula, quam in pro-
ponendis religionis christianaee capitibus seruare deceat, quilibet
religionis doctor non posset non maximis difficultatibus implicari.
Vbi igitur vnuusquisque sibi ipse consulit, suaque ipse opera a tan-
tis difficultatibus liberari cupit, non potest non esse diuerorum re-
ligionis doctorum in explicandis atque publice profitendis religionis
capitibus tanta diuersitas, quantum ipsorum cogitandi modus, philo-
sophandi methodus, et omnis eruditionis copia, qua instruti ad
negotium illud accedunt, inter se differunt. Ut vero religio chri-
stiana id efficiat, quod efficere debet ac potest, vt nimirum non
eruditorum tantum fidissima dux habeatur, sed eos quoque, qui ab
omni humana doctrina atque sapientia alieni sint, emendet,
tranquillioresque reddat, absit necesse est a vulgi institutionibus
vel publicis vel priuatis varietas illa, qua, quod alter affirmet, al-
ter negandum esse censeat, quod alter facri codicis testimoniiis de-
monstrare conetur, alter neget, se in sacris litteris reperire posse.
Nulla re enim magis plebs ineruditata potest perturbari, quam illa
de

de praecipuis, ut videtur, religionis capitibus opinionum diuersitate; nec potest non existere, ut huiusmodi homines, qui idem ab altero religionis christiana doctore affirmari audiant, ad huius religionis dogmata spectans, quod ab altero eadem audacia negari percipiunt, aut grauiissimis de eo, quod in ista opinionum ambiguitate verum sit, angantur dubitationibus, ipsi nescii, quomodo rei veritatem explorent; aut earum rerum, de quibus viros doctos inter se dissentire videant, neutram esse veram, ideoque eiusmodi doctrinam nihil ad se pertinere sibi persuadeant, quorum quidem prius nefcio, an posterius magis deplorandum esse censeam. Huic igitur animorum perturbationi ex ista opinionum diuersitate in religionis doctoribus conspicua oriundae ut occurratur, necessarium videtur, ut aut omnia illa, de quibus inter viros doctos lis exorta sit, in institutionibus hominum ineruditorum plane silentio praetereas, (quod tamen non omnino commendandum, quoniam vel de praecipuis ac summis religionis capitibus e sacra scriptura eruendis disceptatur;) aut ratione habita controversarum istarum propositiōnum, adhibita sacra scriptura, quandam normam constitutas, quam in institutionibus publicis atque priuatīs, quae plebi erudiendae inferuant, fideliter tuearis. Cuiusmodi normam doctrinae libri symbolici continent, quippe qui de controversia eiusmodi propositiōnibus nonnulla definiunt, in quibus ad religionis fundamenta ineruditis tradenda acquiescas. Hi igitur libri, quum nimiae isti doctrinae publicae varietati occurrere, eoque ipso fructum ex christianis institutionibus vnanimi religionis doctorum consensu in medium prolatis percipiendum augere possint, haud exiguum utilitatem afferunt.

2. Religionis doctores vbi non ita sunt comparati, ut reuera esse debent, scilicet, nec ea doctrinae atque eruditionis copia instruti, qua ad doctoris munere fungendum, et in tanta opinionum diuersitate sibi consulendum carere minime deberent, nec eo ingenii acumine, quod requiritur ad res suas bene gerendas, nec ea animi benevolentia praediti, quae necessaria est ad ea tantum eligenda, atque in medium proferenda, quae ad animum auditorum tranquillorem reddendam voluntatemque emendandam faciant; non quibus sibi

sibi tantum consulant, suaequae vanae felse ostentandi, nouaque in medium proferendi cupiditati prospiciant, omnino opus est praescripta quadam norma, quam in explicandis religionis christianae placitis ex sacra scriptura haustis custodiant, libris nempe symbolicis, ne plebs inerudita aut indoctorum, insipientumque magistrorum erroribus implicetur, aut prauorum insolentium atque arrogantium falso iactata sapientia perturbetur. In quo quidem non nihil utilitatis libris symbolicis vindicandas consistere mihi videtur.

Attamen in auctoritate, illo, quo dixi, modo libris istis tribuenda haud nimis late progrediendum est, ne utilitas illa, quae isto modo ex iis adhibendis enascitur, denuo auferatur. Aberraret enim a scopo, quem huiusmodi libris attingere cupiunt, qui non tantum, quid docendum, sed etiam, quid pro vero habendum sit, ipsorum ope praescribi posse ac debere existimaret. Minueret autem, quin plane auferret illam utilitatem, qui illorum ope omne in rebus diuinis intelligendis vltius progreendi studium impedire conaretur.

Primum enim, vt pro vera habeas, et fide amplectaris aliquam doctrinam, necessarium est, vt argumenta, quibus ipsa nitatur, accurate perspicias, et pro certis atque firmis vere habenda esse intelligas; vnde facile patet, non posse esse quandam fidei normam, quum illud effici nequeat, vt omnibus, quibus illa doctrina explicetur, iisdem argumentis eiusdem rei veritas persuadeatur, nec in nostra potestate situm sit, vt ei veritatem rei persuadeamus, qui argumentis nostris aliquid deesse existimet, et multa alia sibi cernere videatur, quae contra adducta ista argumenta pugnant. Quapropter illud luculentissimum est, libros symbolicos quoque, etiam si pro norma aestimanda sint, tamen non pro fidei, sed tantum pro confessionis publicae regula haberi posse. Vbi vero existimes, libris symbolicis exigti, vt ea pro veris habeas, quae non possint argumentorum vi demonstrari, nec humanae rationis viribus satis intelligi, sed tantum, quod ex libris hausta sint, qui diuinitus revelata nobis proponant, summa fiducia accipi debeant, ne hoc quidem libris istis effici posse censeo, quum alii plane nihil in rebus diuinis intelligendis atque perscrutandis humanae rationi

B

conce-

concedendum esse existimunt; alii e contrario eorum quoque, quae diuinitus reuelata esse dicantur, veritatem ab humana ratione explorari debere, nec quidquam huic diuinae reuelationi concedi posse, nisi ratio humana eadem argumentis sat firmis possit demonstrare, censeant.

Ne dicam, ea, quae hisce libris contineantur, sacrae scripturae effatis illustrationis causa addita, non posse nisi ex mente humana petita esse, ideoque non posse sibi plus arrogare, quam omnes aliae hominum opiniones, de quibus variorum sententia solet esse diuersissima, ideoque minime libris symbolicis, qui non nisi hominum, erroribus obnoxiorum, de rebus sacris ex bibliis petitis opiniones contineant, tantam auctoritatem tribuendam, ut pro fidei norma eosdem habendos esse censeas.

Vbi igitur, praeterea quod hi libri pro regula habeantur, quam in omni institutione seruandam existimes, alium quendam usum normalem iisdem inesse velis, non potest esse, nisi hic, ut strenue exquiras, quisnam omnibus iis, quae in hisce libris explicata sint, assentiatur, quisque minus; eumque, qui non omnino faciat cum istorum librorum auctoribus, minime coetus illius, cui scripti ipsi sint, focium esse existimes, et multo etiam minus religionis doctorem eum constitutas, quem, ne suis opinionibus effundiens vulgus imperitum perturbet, aliena ore prolatum esse, quam re vera sentiat, sis existimare coactus. Sed satis videtur utilitas ex ipsis libris adhibendis capi, si pro norma habeantur, a qua in institutionibus publicis recedere non licet, nulla earum ratione habita, quae huiusmodi vir de rebus istis re vera statuat.

Deinde minuitur omnino, quin plane auferatur ista, quae ex libris symbolicis capienda est, utilitas, si quis illorum ope omne in rebus diuinis intelligendis latius progrediendi studium impedire conatur. Minime enim hisce libris effici potest, ut vnuquisque, qui veritatem illarum rerum, quae in ipsis contineantur, nunc sibi perfuaserit, in perpetuum persuasus sit, nec vnuquam dubio aliquo vexetur, nec vnuquam studeat easdem res alio modo considerare. Si quis vero cum utilitate ex hisce libris pro norma doctrinae habendis

bendis capienda consistere non posse existimaret, vt ea, quae contra vllam rem in iisdem explicatam monenda, aut quae in dubium vocanda censeas, aperte profitearis, eo ipso egregii fructus ex hisce libris capiendi nonnihil auferret, quod, quum eo maior utilitas ex iisdem omnino percipi possit, quo magis cum veritate congruant, impedienda vlliis dubii libera professione simul impediret, quo minus hominum opus, haud erroris omnis expertum, post varias rerum sacrarum nouas perlustrationes sensim sensimque ad maiorem perfectionis gradum eueheretur, quum illud vnsusquisque facile conjectura assequi possit, vel in iis ipsis libris symbolicis, quorum autores de veritate inquirenda maxime folliciti et in eadem exponenda sincerissimi fuerint, tamen nonnihil posse inesse, quod non omnino cum rei veritate, et cum sacra scriptura congruat, ideoque emendatione indigeat. Nec accidere non posset, vt ille, qui tantis limitibus christianam libertatem circumscribi sentiret, vt minime in medium proferre, quae de libris istis monenda duceret, adeoque ne accuratius quidem res sacras denuo perlustrare liceret, et nihilominus tamen inuitus forte errores quosdam quamvis leues in iisdem deprehendere sibi videretur, de pretio, quod eiusmodi libris rite institutis tribuendum esset, nonnihil detrahi debere existimaret. Hoc igitur modo vt minueretur utilitas, quam praefata libri symbolici possent, ita augeretur procul dubio, quo magis iterum iterumque perlustrata sacra scriptura, istisque libris cum eadem denuo comparatis, libera dubitationum professione, et errorum vel leuiuscotorum indicio id efficeretur, vt ad veritatem proprius admouerentur; argumentorum autem, quibus vtuntur, noua libratione, et si temporis ratio postularet, commutatione id acquireretur, vt ipsi seniori quoque aetati accommodatiores redderentur. Ex quo simul appetet, aberrare a scopo librorum istorum, qui eosdem censeat plane nullis vñquam mutationibus obnoxios esse debere; quum de rebus sacris, quas ex sacro codice haultas libri symbolici exponunt, vario tempore varia non possit non esse doctrinum virorum opinio, quoniam et in interpretandae sacrae scripturae vera methodo, et in rite perscrutandis atque illustrandis christianis propositionibus duce philosophia latius semper progrediuntur, vt

serioris aetatis de nonnullis christianaे religionis capitibus sententia priori non possit non esse diffimillima. Nec existimem, qui caute post praeterlapsum aliquod temporis spatium a viris doctis nonnulla in libris symbolicis forte mutanda iudicet, pugnaturum cum iis, quae ante de norma quadam doctrinae et utili et necessaria diximus. Etenim quum norma ista praescribat, quae palam omnibus in medium proferenda fint, hominibus ineruditis quoque nonnihil melioris illius rerum sacrarum cognitionis, qua posterius aliquod saeculum forte gaudeat, concedendum esse mihi persuaserim; item, si caute omnia suscipientur, vel ineruditis, qui forte huiusmodi molimina animaduertant, facile persuasum iri, non religionem ipsam, nec libros facros, sed tantum libros ex iisdem de promtos, atque res sacras explicandi et illustrandi modum mutationem aliquam subire, censem. In vtroque autem negotio, quum monendo quidquam de libris symbolicis, tum mutandis nonnullis in iisdem propositis, vbi non caute atque modeste omnia agerentur, detrimenti plus, quam utilitatis ex eiusmodi libera confessione enasceretur.

§. 3.

Haud multum differt ab illa prius exposita librorum symbolicorum utilitate, illa alia, quam praefatae possunt, lites de religionis capitibus dirimendo. Neque enim non fieri potest, vt interdum vel ineruditus aliquis, qui religionis christianaæ praincipua capita fide fatis percepit, tamen intelligat, esse permultos, qui de huius religionis nonnullis propositionibus aliter sentiant, quin grauissime de iisdem inter se disceptent. Nec potest, qui vel legit vel audit de huiusmodi libibus, non vehementer perturbari, atque timere, ne omnis religionis fundamentum sibi eripiatur, nec quidquam certi, quo summa fiducia nisi queat, supersit amplius. Ut igitur huiusmodi hominibus persuadeamus, iis, quae illi de nonnullis huius generis propositionibus moneant, ipsa religionis capita neutiquam impugnari posse, quippe quae fundamento satis firmo nitantur; opus videtur, praeter sacram scripturam, de qua explicanda istae grauissimæ lites ortae sunt, aliis quibusdam libris ex illa haustis, qui res

res ad religionem spectantes accuratius exponant, in quibus igitur acquiescere possint, quibusque fideliter in usum suum conuersis, et ad dirimendas eiusmodi lites adhibitis non sit, quod omnem istam eruditorum controversiam amplius carent. In quo itidem non-nihil utilitatis ex hisce libris capienda conspicuum est.

Sed hic quoque neutquam eo progrediendum esse, ut omne virorum doctorum studium istas res accuratius perlustrandi prohibeatur, quasi libri isti omnibus litibus finem imponerent, verbo innuisse sufficiat. Quod enim infantibus praestant ii, qui consiliis eisdem adiuuant, vbi variis cupiditatibus incitati ipsi neisciunt, quomodo rem suam agant; id praestare possunt hominibus ineruditis, qui ipsi religionis veritatem exquirere nequeunt, libri symbolici, qui disceptant controversias, quae antea agitabantur. Id quod ad viros doctos minime spectat.

Vnum hoc addere licet, quo breviores sint huiusmodi libri, quoque minus in explicandis rebus sacris desiniant, quo minus addant de hominum opinionibus, quae illustrandae doctrinae christianaे inferuant, quoque magis in iis solis acquiescant, quae scriptura sacra manifeste indicet, eo diutiorem ipsum utilem fore, eoque minus necessarium esse, ut multas mutationes subeant.

PARTIS I. SECTIO II.

De utilitate librorum symbolicorum ecclesiae nostrae in specie.

Iis, quae in sectione prima exposuimus, adhibitis facilius ea diudicare possumus, quae in specie de utilitate, quam libri symbolici ecclesiae nostrae etiamnum afferre possint, statuenda videantur. In iis igitur, quae spectant ad ea, quae ante explicauimus, brevioribus nobis esse licebit; in illustrandis iisdem, exemplis ex ipsis ecclesiae nostrae symbolis repetitis, vberioribus.

Omnis illa utilitas, quam libri ecclesiae nostrae symbolici etiamnum praestare possint, vel in eo consistit, quem in genere ex quocunque libro symbolico fructum percipi posse in sectione prima

demonstrauimus, vel ea praeterea est ex ipsorum ecclesiae nostrae symbolorum indole repetita, quarum alteram in huius sectionis particula prima, alteram in particula secunda illustrabimus, in prima particula illud filum fecuturi, quod ante in sectione I. texuimus.

SECTIONIS II. PARTICVL A I.

§. I.

Ad primam igitur si respiciamus utilitatem ex ipsis libris capiendam, (pag. 4-6 demonstratam) negari non potest, etiam hac aetate insignis momenti esse vsum illum historicum. Maximi enim omnino aetimandum est, declarari hisce libris, quidnam Protestantium, qui audiunt, coetus sacer, et in specie quidem ille, qui Lutheranorum nomen sibi vindicavit, de praecipuis religionis christianaे capitibus statuenda iudicet. Etenim illi libri, quibus nostra ecclesia (coetus Lutheranorum puta,) symbolorum nomen tribuit, et ad huius ecclesiae ciues ab aliis, qui non cum ipsis facerent, segregandos, et ad iplos ab omnium alter sentientium malevolis iudiciis tuendos olim adhibiti sunt. Quod quidem quum hac quoque aetate ex hisce libris aperte cognosci queat, utilitatem historiam nobis praeflant haud exigua.

Primum enim si illius temporis recordamur, quo horum librorum constituendorum initium factum est, (vbi nimirum de Lutheranae ecclesiae symbolis tantum loquimur) videmus, lites variis generis iisdem componendis ansam praebuisse. Quum enim Lutherus cum sectatoribus suis grauissimum illud iugum, ab episcopo Romano eiusque fidis adiutoribus ferme omnibus tunc temporis hominibus christianis impositum, frangere coepisset, non poterant non lites maximi momenti inter utramque partem existere. Etenim quo maiori cupiditate episcopus Romanus, tanquam caput ecclesiae, vim suam et auctoritatem tueri, omnemque nouarum rerum suscipiendarum conatum impedire studuit, eo magis Lutherus sibi persuasit, se non posse a negotio audacter suscepito recedere, sed debere potius, quantacunque impedimenta sibi remouenda essent, strenuo

strenuo et indefesso animo idem ad felicem exitum perducere. Frustra igitur ipso cum sectatoribus suis damnato atque proscripto, frustraque periculo diuersas partes inter se denuo conciliandi facto, tandem aliquando Romanae ecclesiae asseclis necessarium videbatur, ut aliquatenus saltem huic nouo coetui cederent, aut non vi, sed benigno lites disceptandi seseque inuicem reconciliandi studio rem ad felicem exitum perducere conarentur. Ad quod exsequendum negotium quum comitia Augustana indicta essent, nouus ille coetus non poterat amplius in iis acquiescere, quae antea fere non nisi oblatâ occasione sparsim in medium protulisset, sed sigillatim exposebat, quid sibi de variis religionis capitibus statuendum videretur? quid abolendum, quid reiiciendum esse censeret, et cur ita iudicaret? quibusque potissimum in rebus cum illo christianorum coetu, a quo defecisset, facere non posset? Quod quidem primum omnium *Confessione* illa, quae, quod comitiis illis Augustanis Carolo Cæsari offerebatur, nomen *Augustanae* naclia, die 25 Junii 1530 egregie effectum est²⁾). Nam praeterea, quod articulos fidei reconsent, quibus firmiter adhaerendum esse existimant, enarrat quoque abusus mutatos, ne cui lateat, quid retinendum de iis, quae ecclesia illa docet, quac *Catholicae* nomen sibi soli arrogauit; quid in dubium vocandum, quidque plane reiiciendum existiment. Quumque liber iste reprobaretur, et palam omnibus refutaretur, *Apologia* istius confessionis a Melanchthonne conscripta non defensae tantum sunt istae in confessione ipsa propositae de rebus sacris opiniones, argumentisque multis confirmatae, sed vberius quoque declaratae, vt apertius etiam constaret, in quibusnam religionis capitibus a catholicae ecclesiae placitis discrepant³⁾). Postea, anno 1536, ab episcopo Romano indicto concilio, circa Pentecosten anni 1537 Mantuae congregando, Lutherus sperans, fore vt ipse cum suis ad concilium vocaretur, conscriptis anno 1537 quosdam articulos doctrinae suae, (qui, quod Smalcaldiae compositi et a reliquis theologis sublignati sunt, *Smalcaldici articuli* audiunt⁴⁾), vt constaret, "quid et quatenus Pontificiis cedere, et in quibus

²⁾ *Walch* introd. p. 158, 159.

³⁾ *ibid.* p. 483, 489.

³⁾ *ibid.* p. 409, 410.

quibus capitibus constantes perseuerare et vellent et possent⁵).” Denique post tot tantaque grauissima certamina ut variae inter Augustanae confessionis thelogos lites exortae componerentur, conscriptus est liber, (qui nomine *Formulae Concordiae* notissimus est,) in coenobio Bergenfi 1577, in quo, praecipue tamen recentiorum litium ratione habita, uberrime omnia ea declarantur, in quibus Lutheranorum coetus ab aliis quibuscunque christianis hominibus dissentit⁶). Omnes igitur isti libri, qui illo tempore ecclesiae Lutheranae a quavis alia discernenda inseruiebant, eoque ipso, quod ab auctoribus ipsis quasi characteris loco adhibebantur, omnino magnam afferebant utilitatem, nobis quoque eo, quod docent, quibusnam in rebus ecclesiae nostrae principes ab aliis, praefertim vero a catholicae ecclesiae ciuiibus disenserint, haud exiguum commodum afferunt. Nam nisi huiusmodi libelli ad manus essent, in quibus venerabiles isti viri, quid statuerent, quid reprobarent, aperte declarauerunt, non possemus fere, aliorum tantummodo narrationibus confisi, rectum et aequum de magna ita rerum conversione iudicium ferre, sed potius laepissime ad iniquam de virorum istorum conatibus sententiam ferendam incitaremur. Hos igitur ipsorum libros dum inspicere licet, non tantum agnoscimus, quibusnam in rebus a catholicae ecclesiae placitis recedere ipsis visum sit, sed etiam, cur ita statuerint, et luculenter perspicimus, ipsis iure ita statuisse. Videmus igitur e. c. quid de sacra coena utraque specie laicis exhibenda iudicauerint, quibusque, iustissimis omnino, argumentis vbi sint, et ad scripturam sacram, et ad ritus antiquissimos prouocantes⁷). Videmus item, quidnam de missa⁸), quid de potestate ecclesiastica⁹), quid de bonis operibus¹⁰), et de aliis rebus, de quibus multum ac varie disceptatum est, statuerint, quamque firmis nisi sint argumentis. Videmus porro, quare invocationem sanctorum reprobadam censuerint¹¹), quare auctoritatem

⁵) Quae sunt ipsa Lutheri verba ex praefatione ad artic. finalc. desumpta. Vid. *Concordia* ed. Ad. Rechenberg. Lips. 1681. p. 298.

⁶) *Walch* I. c. p. 707. 718. ⁷) Aug. Cf. abusus I. ap. Rechenberg p. 21.

⁸) I. c. abusus III. p. 23 sq.

⁹) I. c. abusus VII. p. 37 sq.

¹⁰) I. c. artic. fidei XX. p. 15 sq.

¹¹) art. finalc. pars sec. art. II. append. ap. Rechenberg p. 310 sq.

ritatem episcopi Romani, seu Papae abolendam existimauerint ¹²⁾; cur et quomodo suam de sacra coena sententiam explicauerint ¹³⁾; quomodo denique humanas traditiones reiiciendas esse sibi persuaderint ¹⁴⁾. Praecipue vero ex formula concordiae hoc cognoscere licet, quomodo de rebus iis, de quibus inter ipsos Augustanae confessionis theologos controuersiae ortae erant, de peccato originis ¹⁵⁾, de libero arbitrio ¹⁶⁾, de coena domini ¹⁷⁾, et de persona Christi ¹⁸⁾, de adiaphoris ¹⁹⁾, et de aeterna praedestinatione et electione dei ²⁰⁾ ea theologorum pars, quae veram doctrinam tueri sibi vila est, quaeque orthodoxorum nomen prae se tulit, statuendum iudicauerit. Quae quidem omnia quum viri isti maxima perspicuitate explicauerint, argumentisque iustissimis firmissimisque probare studuerint, nos, qui ista legimus, maxime idoneos reddunt, qui de istius aetatis controuersiis et de magna ista ad res sacras pertinente rerum conuersione aequum iudicium feramus, nec sine causa statuamus, quoad maximam partem istos viros recte iudicasse. Haec igitur quum nos doceant libri ecclesiae nostrae symbolici, nonnullam utilitatem nobis afferunt.

Nec minoris momenti est alter istorum librorum usus historicus, qui in eo consistit, quod ex iis perspicimus, quomodo egregii isti viri ab omni prava suspicione aduersariorumque calumniis fese liberauerint. Quod enim in omnibus huiusmodi rerum perturbationibus fieri solet, non potuit non isto tempore accidere, quo multarum propositionum, quae pro religionis capitibus habebantur, veritas in dubium vocabatur, et summa Romani episcopi auctoritas

infringe-

¹²⁾ ibid. art. IV. p. 312 sq. cum quo cf. tractatum de potestate et primatu papae ap. *Rechenberg* p. 340 sq.

¹³⁾ art. smalc. pars tert. art. VI. l. c. p. 330. ¹⁴⁾ ibid. art. XV. p. 337.

¹⁵⁾ form. conc. epid. art. Sect. I. ap. *Rechenberg* p. 572 sq. et in solida, plana et perspicua repetitione et declaratione art. quorundam Aug. Cf. ibid. Sect. I. p. 639 sq.

¹⁶⁾ ibid. Epit. II. p. 578 sq. fol. Declar. II. p. 654 sq.

¹⁷⁾ ibid. Epit. VII. p. 597 sq. fol. Declar. VII. p. 724 sq.

¹⁸⁾ ibid. Epit. VIII. p. 605 sq. fol. Declar. VIII. p. 761 sq.

¹⁹⁾ ibid. Epit. X. p. 614. fol. Declar. X. p. 789 sq.

²⁰⁾ ibid. Epit. XI. p. 617. fol. Declar. XI. p. 797 sq.

infringebar, et placita ecclesiae, quam nulli errori obnoxiam esse putabant, minimi aestimabantur; ut nimis, qui huiusmodi quid auderent, pro nefariis dei hominumque contemtoribus haberentur. Nec mirum, homines meris opinionibus seductos indicasse, ab iis, quos in quibusdam sacrae scripturae locis interpretandis, aut in nonnullis religionis christiana dogmatibus explicandis ab aliorum doctorum sententia recedere animaduerterent, plane omnia, quae spectent ad religionem, in dubium vocari, et sacram codicem omnino reici. Nec poterat denique non ex male intellectis nonnullis horum hominum propositionibus eiusmodi quid elici, quod falso atque nefarie dictum, noxiique et perditissimi hominum generis signum videretur. Quo maiori sollicitudine opus erat, vt a tam gravi suspitione se liberarent, et ab eiusmodi calumnia se defendarent; id quod egregie omnino iis ipsis libris, qui nunc symbolici audiunt, Augustana potissimum confessione eiusque apologia effectum est. Ne quis igitur e. c. existimat, ab huiusmodi viris, qui bonis operibus non tantam efficaciam tribuerent, quam ecclesia catholica, plane omnia egregie facta nihil aestimari atque negligi, opus erat vberiore declaratione, quidnam de bonis operibus statuendum censerent, et quatenus ipsa nunc utilia, nunc necessaria esse existimarent²¹⁾. Ne in suspicionem venirent, quasi omnem missam abolerent, quum infinitum eorum numerum reprobassent; necessarium videbatur, vt, quid de illa statuerent, aperte indicarent²²⁾. Item, ne ipsis, qui de nimis multis atque superstitionis ritibus ecclesiasticis nonnulla monuissent, plane omnes ritus, vel eos, quorum nihil interesset, adeoque vel eos, qui utilitatis quandam speciem prae se ferrent, abolendos censere viderentur; declarauerunt: eos omnino seruando esse, qui sine peccato seruari possent, et prodecent ad tranquillitatem et bonum ordinem in ecclesia²³⁾. In quibus omnibus libere et aperte declarandis eos se praesertim, qui non omnem bonum ordinem perturbare, sed potius seruare; christianam religionem potius incorruptam custodire, quam abolere; non vanam aliquam opinionem,

²¹⁾ Aug. Cf. art. XX. p. 15.

²²⁾ Aug. Cf. abusus III. p. 23.

²³⁾ Aug. Cf. art. XV. p. 13.

nem, quae ipsis paulo antea forte in mentem venisset, tueri, aliisque persuadere, sed potius iterum iterumque ponderata, et argumentis ex verbo diuino haustis confirmata strenue defendere studerent; nec magis rerum nouitate, quam veritate, nec magis eo, quod est inusitatum, quam eo, quod vere vtile, laetarentur, adeoque, quam hominibus obedire mallerent²⁴⁾). Quae omnia ex istis libris satis cognita, quantum faciant ad nostrum de istis hominibus iudicium regendum, ne in eiusmodi viros, qui tanta beneficia humano generi praefiterint, aut iniquos, aut ingratos nos praebeamus, adeoque quanti aestimandum sit emolummentum, quod hoc respectu ex horum symbolorum lectione capiamus, non est, quod moneam.

Praeterea vero si perpendimus, hisce libris characterem illum contineri, quo noster coetus etiamnum a cuiusvis alius, praesertim vero a catholicae ecclesiae, ciuibus distinguitur, quem fide ferare deceat, ne maiorum nostrorum laude atque gloria tantis laboribus comparata indigni simus; item, si consideramus, etiamnum omnibus, qui de Protestantium coetu inique iudicent, hisce libris declarari, quid vere *Protestantes* sibi velint, eosque haud vanae aliqui gloriae cupidos esse, sed amantes veritatis ex sacris litteris repetitae; igitur, hisce libris de omnibus, qui cum Luthero eiusque affectis faciant, re vera laudabile quid proferri, est omnino, quod ipsos laudis nostrae praecones magni aestimemus, utilitatemque hoc modo ex iis capiendam haud exigua esse profiteamur.

§. 2.

Alteram, quae ex libris symbolicis in genere spectatis capi possit, utilitatem *normaticam* esse diximus; ac primum quidem, quatenus praescribant id, quod in institutionibus publicis ad religionem christianam spectantibus in medium proferatur. Quod quidem quatenus in specie de ecclesiae nostrae symbolis valeat, paucis ostendamus.

C 2

I. Op-

²⁴⁾ cf. in primis epilogum ad Aug. Cf. p. 45. Tantum ea &c. Item cf. apologeticum VIII. de traditionibus humanis in ecclesia p. 212. Ac falsi nos accusant &c.

I. Opinionum de christiana religionis propositionibus diuersitas, vt vbique ex rei ipsius natura et ex plerorumque religionis doctorum indole quasi necessario sequitur, ita nunquam fere maior fuit, quam hac ipsa aetate. Accuratio enim nonnullorum religionis capitum perlustratione a recentioribus quibusdam theologis instituta, tantum abest, vt iudiciorum illa diuersitas minuta, vt potius magis magisque aucta sit. Neque enim omnes probarunt huiusmodi de religione christiana merendi studia, neque eorum, qui nostra aetate accuratius omnia perlustranda existimarent, orta est maior de religione congruentia, sed potius propter diuersissimam sacrae scripturae interpretandae rationem dissensus. Nonnulli enim recentiorum sacrae scripturae interpretatum conatus reprobatentes, suamque a maioribus acceptam istorum librorum explicandorum methodum strenue tuentes, a veterum theologorum placitis vlo modo recedere dubitant, nec de totius sacrae scripturae inspiratione, quam vocant, nec de trinitate in deo, nec de duabus in Christo naturis, diuina atque humana, nec de diabolo, hominum falsissimo fauore, primumque peccati auctore, alteri statuendum esse, quam per multum tempus a viris doctissimis iudicatum sit, sibi persuadent.

Eorum autem, qui aut ipsi de maiore his rebus luce affundenda solliciti fuerunt, aut aliquid saltē recentiorum theologorum studiis concedendum esse autumant, non minus diuersa solet esse de religionis capitibus ex sacra scriptura demonstrandis opinio. Primum enim nonnulli, veterum, Graecorum potissimum Romanorumque studiis imbuti, historicam interpretationem iterum itemque commendantes, in explicanda scriptura sacra istius aetatis morum, opinionum, cogitandi, disputandi, loquendique modi rationem habendam esse inculcant, indeque quum ex historicis, tum ex dogmaticis atque poeticis sacri codicis libris longe alia eliciunt, quam illi, qui ipissimis horum librorum verbis nimis inhaerent. Nec tamen omnes historicae interpretationis defensores inter se convenient de eo, quod sit vere ad doctrinam christianam referendum, quodque non sit nisi istius aetatis istorumque hominum singulari cogitandi modo tribuendum, altero plus, altero minus, altero hoc, altero illud ad ista praecipua religionis capita referente; altero ex hoc,

hoc, altero ex alio quodam libro illustrationem quādam nunc opinionis alicuius, nunc proverbiū cuiusdam, nunc alicuius mirabiliter gesti petente. Deinde alii minus assidue in antiquorum scriptorum interpretatione versati saepissime in id incidunt, vt recentioris aetatis notiones in veteribus illis sacris scriptoribus reperire sibi videantur, igitur suam potius opinionem iisdem obtrudant, quam ipsorum auctorum sententias eliciant, atque illustrent, igitur non minus in explicandis rebus sacris ab aliis recedant. Ne dicam denique, fuisse nostra aetate inde a tribus ferme annis, qui *praeter* historicam librorum sacrorum interpretationem insuper aliam quandam, moralem nempe, commendare studuerint, et istorum temporum philosophiam, quam nostrae aetati non amplius accommodatam esse censebant, cum recentiorum philosophorum placitis coniungendo; et nonnulla, quae sensu maxime proprio ad religionem christianam pertinere diu theologi existimauerint, haec tenus omittendo, castigatorique sensu adhibito, morali scilicet, etiamnum commendando atque inculcando. Qui quidem etiam in nonnullis religionis christianaē capitibus iudicandis ab ipsis, quos ante indicauit, discrepant.

Quum igitur tanta sit interpretum sacri codicis discrepantia, quumque isti viri de eo quoque disputatione, id, quod solida interpretatione suo quisque modo elicere studuerit, maiori sit, an minori attentione dignum? verene pertineat ad doctrinam christianam, an minus? quumque maxima illa opinionum diuersitas nostra potissimum aetate non ea tantum spectet, quae sint per se levia, sed ad illa quoque pertineat, quae maxime faciant ad homines emendandos, aut tranquilliores beatioresque reddendos; quum porro illud, quod alter maxima veritatis specie defendit, ab altero non minus firmis, vt videtur, argumentis refellatur; o! quanta existet calamitas, vbi quilibet in instituendis aliis ea omnia cupit in medium proferre, quae firmiter credenda, quae in dubium vocanda, quae omnino neganda existimat! (cf. supra dicta p. 8.) Quantum perturbabitur ineruditus ille audientium coetus, qui nunc theologum audit, qui omnia, quae ex sacra scriptura profert, diuinæ revelationi tribuit; nunc alium, qui contendit, nullam fuisse un-

quam nec esse posse reuelationem diuinam; qui nunc docetur, Christum fuisse redemptorem generis humani; nunc affirmari audit, illud non esse nisi humanum genus loquendi! Quo major igitur est nostra aetate opinionum illa diuersitas, eo magis opus videtur eiusmodi norma, quam in institutionibus publicis ad religionem christianam spectantibus fideliter serues²⁵⁾). Cuiusmodi normam quum optimam libri symbolici praebere possint (p. 8.), quumque quod de iisdem in genere valet, de nostrae ecclesiae symbolis in specie quoque valeat, negari non potest, nostrae ecclesiae symbola, vbi ad hunc finem adhibeantur, omnino haud exiguum utilitatem afferre. Siue igitur quis haereat animo, quomodo loca scripturae sacrae, in quibus de patre, filio, et spiritu sancto agatur, explicit, siue de trium istorum natura ea statuat, quae a plerorumque christianorum opinione discrepant; libri symbolici praescribunt, quid docendum sit, ne vulgus opinionum varietate nimis distractatur²⁶⁾. Ne porro homines ineruditati variis de persona Christi propositis opinionibus incerti reddantur, quid statuendum sit, cautum est libris symbolicis, qui indicant, quid sit in medium proferendum²⁷⁾. Eodem modo de coena sacra quomodo homines sint erudiendi²⁸⁾, de peccato originis, quod vocant, quomodo tenendum²⁹⁾, deque multis aliis, de quibus eruditи dissentiant, quomodo in institutionibus publicis agendum, praeципiunt. Quatenus igitur, haec omnia dum praefribunt, occurritur inepto illi omnia effluenti studio, illaque religionis doctorum externa saltem vnitate efficitur, vt homines magis fiant de veritate huic doctrinae persuasi, eoque maiori fiducia eandem amplectantur; eatenus libri symbolici nostrae ecclesiae etiam hac aetate emolummentum magni omnino aetimandum afferunt.

II.

²⁵ cf. *egregia Lutheri verba in praefat. ad catech. min. ap. Rechenberg p. 360.* *Primo omnium hoc cauebunt concionatores &c.*

²⁶⁾ Aug. Cf. art. I. p. 9. Art. fmalc. partis I. art. I. p. 303.
²⁷⁾ Aug. Cf. art. III. p. 10. Art. fmalc. partis I. art. IV. p. 303. Form.
 Epit. VIII. p. 605. Col. Declar. XII. p. 761.

²⁸⁾ Aug. Cf. art. X. p. 12. Art. smalc. partis III. art. VI. p. 330. Catech. minor. p. 380. Cat. mai. p. 402.

²⁹) Aug. Cf. art. II. p. 9. Art. finale. partis III. art. I. p. 317 sq. Form. concord. Epit. I. p. 317. sol. Declar. I. p. 639 sq.

II. Neque porro diffitendum (cf. sectionem primam. 2. p. 8 sqq.), nostra aetate saepissime accidere, ut eiusmodi viri doctoris munere fungantur, qui post exiguum temporis operaeque iis, quae ad theologiae studium rite instituendum faciant, impensum, neque de religionis capitibus satis apte iudicare, neque ex plurimum virorum doctorum opinionibus quid optimum sit, eligere possint, adeoque omni duce plane destituti aut non optima temporique aptissima elegant, aut plurimum opiniones ridiculo modo commisceant, aut, quae conciliari plane nequeant, inepte conciliare studeant. Neque hoc negandum, nonnullos religionis christianaे doctores, qui nostra aetate suae potius gloriae consulere studeant, quam communī vtilitati inseruire, ad imbuendos alios religionis notitia potius ea in medium proferre solere, quae aut ipsi nuper excogitauerint, quamvis haud satis explorauerint, aut ex aliorum opinionibus arripuerint, quam ea, quae vere faciant ad doctrinam christianam magis illustrandam, eamque in omnibus vitae casibus adhibendam; qui igitur, e. c., quum aut ipsi diuinam librorum facrorum auctoritatem in dubium vocent, aut ab aliis eandem in dubium vocari audiant, aliis quoque, qui hac firmissima fide beatissimi sint, omnem animi tranquillitatem eripere conentur, dum hoc fiduciae ipsorum firmissimum fundamentum studeant destruere; aut aliis, qui fide in redemptore collocata, et spe remissionis omnium peccatorum solummodo se beatos esse posse existimant, persuadere studeant, ea, quae sacra scriptura de his rebus doceat, pertinuisse tantum ad istius aetatis opiniones, nec ad nos amplius spectare. Huic igitur nonnullorum vel nostrae aetatis, mirum quantum de saeculi nostri luce gloriantis, religionis doctorum imperitiae ut succurratur, aut, ne dicam, prauae, incautae tamen agendi rationi ut obueniatur, quum vnicum subsidium consistat in norma quadam praescripta (coll. p. 9.); per se patet, librorum symbolorum ut in genere, ita in specie quoque ecclesiae nostrae symbolorum vtilitatem hanc quoque ob rationem omnino magni esse existimandam. Haec enim quamvis de sacrae scripturae diuina origine haud sigillatim quidquam moneant, tamen dum indicant, "eam esse vnicam regulam, ad quam omnia dogmata, omnesque doctores

doctores aestimari et iudicari oporteat”³⁰), ipsius diuinam auctoritatem tuerunt, eoque ipso, quid ineruditii de hac re docendi sint, explicant. Hi libri praecipiunt, quomodo doctrina de iustificatione hominis per Christi meritum serio sit inculcanda³¹), quoque modo aliae huiusmodi difficultates remouenda sint.

Ex his omnibus satis superque constat, quo maior sit opinio-
num de religionis capitibus diuersitas, quo maior eorum copia, qui
sibi ipsi confulere non possint, eorumque numerus, qui in iis diu-
dicandis, quae in medium proferre quaque celare deceat, haud
fatis caute versentur, eo largiorem fore fructum ex libris symboli-
cicis normae loco adhibitis nostra quoque aetate capiendum.

S. 3.

Praeterea aliam quandam horum librorum utilitatem in eo
consistere, quod ad lites varias de religionis capitibus exortas diri-
mendas adhiberi possint, supra indicatum est (cf. sect. primam
§. 3. p. 12 sqq.), adeoque vel nostra aetate ex ecclesiae nostrae sym-
bolis posse nonnullum fructum percipi, manifestum videtur. Ea
enim est nostri saeculi calamitas, ut non tantum inter eruditos de
religionis capitibus disceptetur, sed ineruditorum quoque magna
copia haud raro iisdem controuersiis implicetur, saltem propter
plurima de huiusmodi libtibus scripta edita, ad captum vulgi accom-
modata, earundem testis adsit; qui igitur, vbi suae saluti propiscere
cupiant, non possint non deplorare, praecipua fidei suae funda-
menta hisce controuersiis impugnari, adeoque omnia, in quibus
hucusque spem suam atque fiduciam collocauerint, sibi eripi. Qui-
bus quidem hominibus optime libris symbolicis consuluntur, ad quos
ablegandi sunt. Siue enim percipient, diuinam Christi naturam
impugnari a nonnullis, horum tamen librorum effato nitantur, ut
item dirimant (cf. supra p. 22. not. 27.); siue intelligent, esse,
qui de coena domini fecus iudicent (vid. not. 28 ibid.); siue de
baptismi necessitate disputari audiant, euoluant hosce libros, qui
omnes

³⁰) Form. conc. epit. init. p. 570. cf. p. 572. et sol. declar. vbi vide praemita de compendiaria doctrinae forma &c. p. 632.

³¹) Aug. Cf. art. IV. p. 10. Apol. II. p. 60 sq. Art. I malc. partis III. art. XIII. p. 336. Form. conc. Epit. III. p. 536 sq. sol. declar. III. p. 682 sq.

omnes huiusmodi res controuerfas iamdiu dijudicauerunt ³²⁾. Quo magis enim iis de istorum virorum, qui symbolorum auctores extiterunt, auctoritate et ab omni partium studio alieno veritatis amore persuadetur, eo facilius lites disceptandi vim ipsis concedent, nec recentiorum amplius de illis rebus controuerfas curabunt. Quo quidem modo egregia omnino vtilitas hisce libris comparatur.

Sed haud silentio praetereundum, collatis iis, quae in sectione prima p. 9 sq. dicta sunt, vt libris symbolicis in genere, ita in specie ecclesiae nostrae symbolis quoque posse tantum praescribi, qua quis in rebus facris vulgo proponendis atque explicandis forma vatur, minime autem fidei quandam regulam fanciri. Quum enim, si ad horum librorum originem spectemus, in conspicuo sit, ipsis non continuisse nisi virorum doctorum istius aetatis confessiones, quid de religionis capitibus statuendum, quid reprobandum reiciendum exsistimarent; non video, quomodo eiusmodi confessiones alii tanquam fidei regulam obtrudas, quum illud contra nulla difficultate laboret, huiusmodi libros a posteris quoque pro signo haberet, quibus eiusdem societatis ciues se inuicem cognoscant, et ab alia qualibet societate se segregent. Neque Lutherus, aliquique viri, qui repurgandis facris operam adhibuere, illud sibi voluisse videntur, vt fidei quandam normam praescriberent, eoque liberae hominum christianorum conscientiae vim quandam inferrent. Id quod vt ex omni, Lutheri faltem, cogitandi ratione, in omni ipsius vita et in scriptis eiusdem satis superque conspicua, ita ex locis quibusdam librorum symbolicorum aperte constare mihi videtur. Etenim in articulis Smalcaldicis ³³⁾ hisce usus est verbis: "Hi sunt articuli, in quibus me constantem esse oportet &c. Si quis alias voluerit aliquid concedere, faciat id periculo suae conscientiae." Idem: "Quanquam sic sentiam, ad fidem neminem vel posse, vel debere cogi, hoc tamen omnino faciendum est, vt teneat vulgus, quid ius, quid item contra ius" &c. ³⁴⁾. Idem denique: "Nolo ego, quem-

³²⁾ Aug. Cf. art. IX. p. 12. Art. finalc. partis III. art. V. p. 329. Cat. minor. p. 376. Cat. mai. p. 401.

³³⁾ Partis III. art. XV. p. 337.

³⁴⁾ Praefat. ad cat. min. p. 361.

quemquam neque ad fidem, neque ad sacramentum cogi" &c.³⁵⁾. Qui vero nihilominus post Lutheri eiusque aequalium tempora studuerunt libris symbolicis eiusmodi vim tribuere, quasi non tantum, quid docendum, sed etiam, quid credendum sit, iisdem praescriptum esset, censendi sunt et a virorum istorum, qui primi hos libros composuerunt, consilio mirum quantum aberrasse, et eiusmodi quid postulasse, quod natura sua postulari nequit, quodque multo minus a religionis doctoribus Protestantibus postulari deberet, nisi in nostra ecclesia legem illam tueri velis, quam ecclesia Romana fideliter seruat: in rebus ad fidem christianam spectantibus ratione non esse vtendum, sed pie obediendum.

Deinde multo etiam minus potest libris ecclesiae nostrae symbolicis illud prohibitum esse, ne quis vterius in inuestigandis atque perlustrandis religionis capitibus progrediatur (cf. supra dicta p. 10 sq.). Primum enim nostrae ecclesiae proprium est, vt longissime a vana illa catholicae seu Romanae potius ecclesiae persuasione remota sit, se erroribus plane nullis obnoxiam esse; et omnia illa, quae nunc de religione christiana statuat, esse verissima atque optima, nec posse villa emendatione egere; vt igitur, posse de nonnullis rebus ad religionem spectantibus alios aliter sentire, faluo fidei fundamento, posseque saepius repetita harum rerum perscrutatione ad veritatem proprius accedi, existimet; adeoque ne symbola sua quidem, ab hominibus erroris haud expertibus composita, omni labore carere censeat, igitur horum quoque posse nonnullas propositiones emendari. Deinde vero in eo ipso cernitur potissimum ecclesiae Protestantium virtus, quod semper latius progrediendum sibi esse censet, nec quidquam a maioribus traditum fide accipiendo, nisi ante accuratius perlustrauerint, atque intelligere studuerint, quonam fundamento eiusmodi res niteretur. Quapropter ante omnia id agunt, vt iterum iterumque sacram scripturam euoluant, vt doctrinam christianam ex ipso fonte hauriant, et iis, quae quaelibet aetas offert, rite institutae interpretationis subfidiis adhhibit ad veritatem proprius accedant, nec vsquam, dum cuiuslibet aetatis philosophiam fideliter in usum suum conuertunt, in iis, quae

³⁵⁾ ibid. p. 363.

quae hucusque cognouerint, acquiescant, et haud raro a maiorum placitis paululum sibi recedendum esse intelligent. Ex quibus facile constat, Protestantium coetum non posse libris symbolicis id efficere velle, vt omne in religione christiana exploranda vterius procedendi studium proscribatur. Ex cuiusmodi agendi modo ne posset quidem vera utilitas enasci, sed potius detrimentum (cf. dicta p. 11 sq.), quoniam demum iterata earundem rerum perscrutatione ad perfectiorem veritatis cognitionem peruenitur. Neque diffitendum, inde a Lutheri tempore saepius perscrutandis rebus sacris egregie omnino cum religione christiana actum esse, eamque recentiorum potissimum theologorum studio multo magis a vanis opinionibus hominumque commentis, quibus commixta erat, fuisse liberatam, et ad captum vulgi esse aptiorem redditam, magisque iis, quae agenda hominibus praecipiat, quam iis, quae credenda existimet, esse commendatam; vt igitur iure affirmare possis, quamvis religio christiana ipsa non mutata sit, eadem tamen eatenus, quatenus hominibus proponatur, atque commendetur, videri ad maiorem perfectionis gradum euetam esse. Quo quidem egregio fructu laborum a doctissimis viris Protestantibus susceptorum plane carendum nobis esset, si inde a Lutheri aetate libris ecclesiae nostrae symbolicis omne latius progrediendi studium prohibitum fuisset. Quapropter etiam in posterum minime eo progrediendum est, vt hisce libris omne religionis veritatem vterius examinandi studium negatum esse existimes. Sufficiat potius, vt pro norma doctrinae in posterum quoque habeantur; — nec tamen pro *invariata semper, aut invariabili.*

Collatis enim iis, quae supra p. 11 sq. exposita sunt, fatis constat, vt in genere nullum symbolum, ita in specie nec ecclesiae nostrae libros symbolicos posse ita comparatos esse, vt nulla vnuquam emendatione egeant. Quumque illud in conspicuo sit, nostrorum theologorum maximam partem de nonnullis religionis capitibus longe aliter sentire, quam libri symbolici moneant, quumque illud diffiteri minime possimus, quanquam non omnia, ac ne plurima quidem, aliqua tamen ex his capitibus maiori luce collustratis posse etiam ineruditis, magna tamen cautione proponi, vt et hi aliqua saltem

nostrae aetatis luce gaudeant, affirmare ausim, nonnulla in hisce symbolis propisa forte emendatione egere, praesertim in iis, quae spectent ad argumenta, quae proferant, et ad illustrandi genus, quo vtantur; quum multa, quae continent, illorum hominum causa dicta sint, ad nos autem non amplius pertineant; multa alia nostro tempore aut distinctiora, aut, vt teneantur animo, aptiora, aut ad animum humanum emendandum efficaciora proponi possint. Nisi igitur res maxima difficultate laboraret, optandum esset, vt doctissimi atque prudentissimi nostrae aetatis theologi sacra scriptura serio perlustrata libros ecclesiae nostrae symbolicos evoluerent, et, si quid reperirent, quod nunc accuratiō explicatione, nunc limitatione egeret, nunc addendum, nunc delendum esset, pro eo, quod saeculi nostri status requireret, illud vere nunc accuratius explicarent, nunc limitarent, nunc delerent, nunc adderent. Hoc modo, caute omnino, vt pag. 12 monui, agendo, tantum abesset, vt utilitas illa ex hisce libris pro norma habitis capienda minueretur, vt potius augeretur, quod hae normae nostrae aetati essent maxime accommodatae. Simul vero hoc modo non amplius, id quod nunc proh dolor! nonnunquam accidit, religionis doctorem luce saeculi nostri illustratum fidei professionis publicae puderet. Quum tamen probe intelligam, haec omnia difficillimus effectu esse, aliis potius diuidicandum relinquō, quomodo in posterum cum libris ecclesiae nostrae symbolicis agendum sit, ne vñquam utilitate illa, quam vere praestare possint, excidant.

SECTIONIS II. PARTICVL A II.

De utilitate librorum ecclesiae nostrae symbolicorum ex ipsorum indole demonstrata.

Supereft, vt paucis utilitatem indicem, ex ipsorum ecclesiae nostrae symbolorum indole repetitam, quae in eo potissimum mihi consistere videtur, quod fere nulla re magis perspicciatur, quoniam animo egregii isti viri, qui reformationis opus aggrediebantur, ducti sint, quam hisce libris. Etenim iplos nec nouarum

rum rerum nimis cupidos, nec nimio veterum opinionum taedio affectos, sed in omnibus, quae agerent, solo veritatis amore ductos fuisse, ut ad hanc solam adspicere, hanc solam omni, qua possent, vi atque auctoritate tueri conarentur, ipsique omnem suam vitam, adeoque se totos dicare sibi proponerent, ex his libris satis superque constat. Primum enim illud saepissime affirmabant, in rebus ad religionem spectantibus, praesertim vbi de iis sermo sit, quae rationis viribus haud intelligere possumus, nec dari, nec dari posse ullum veritatis nulli dubio obnoxiae fontem, praeter scripturam sacram. Quod quidem ex eo luculenter apparet, quod omnia, quae in Augustana Confessione affirmant, ut et omnia, quae in Apologia defendunt, quae in Smalcaldicis articulis, et in vtroque Catechismo proponunt, non nitantur, nisi testimonii sacri codicis, iisque solummodo probentur. Sacris igitur libris vtuntur ad ea confirmando, atque commendanda, quae vera, ad ea refutanda, quae falsa esse existimant, et ad item de iis rebus disceptandam, de quibus dubii ipsi haerent. Nec in iis locis tantum acquiescent, quae obscure aliiquid innunt, sed confugunt ad ea, quae clarius atque distinctius rem explicant, studentque omnibus, quibus vti pro istius aetatis litterarum sacrarum statu licebat, subsidiis bonae interpretationis adhibitis, locis impeditioribus ex clarioribus lucem affundere. Nec curant, conueniantne ista, quae hoc modo ex sacris litteris euoluant, cum iis, quae alii in iisdem deprehenderint, confisi, ipsa scripturae sacrae effata, etiam si pugnant cum quavis aliorum hominum de rebus sacris opinione, praferenda esse, quoniam hominum sententiae neutiquam sint errore liberae; non nisi summi numinis effata, quae in scriptura sacra legantur, esse extra omnem dubitationis aleam posta, et plane nulli errori obnoxia. Hanc ipsorum fuisse fiduciam, hanc ipsorum fidem, quaevis librorum symbolicorum pagina, quilibet articulus potest euincere ³⁶⁾). Nec defecerunt ab ista animi vere liberalis cogitandi ratione auctores formulae concordiae, qui Lutheri, Melanchthonis, aliorumque virorum exemplum sequentes aperte profitentur: Credimus, confitemur et docemus, vnicam re-

D 3

gulam

³⁶⁾ Aug. Cf. in fine p. 19. Haec est summa doctrinae &c.

gulam et normam &c.³⁷⁾; item: sola sacra scriptura iudex, norma, et regula &c.³⁸⁾; item: Primum igitur toto pectore prophetica et apostolica scripta &c.³⁹⁾; quae quidem vere quanquam non quoad verba, tamen quoad sensum ipsorum reformatorum confessio dicens est. Quodsi perpendimus, quantum eo ipso, quod libris sacris folimodo summam auctoritatem concederent, a vulgari istius aetatis opinione recesserint, secundum quam ne licebat quidem sacra scriptura ad dogmata christiana denuo perlustranda vti, multoque minus eidem aut sensum quendam tribuere, ab eo, quem ecclesia sanxerat, alienum, aut ex eadem sola haurire, quois alio, qui putabatur, veritatis fonte neglecto; fatendum omnino est, hisce viris tanta animi sinceritate, tamque indefesso studio de veritatis investigatione sollicitis omnino maximum honorem habendum esse, ipsisque eum fore simillimum, qui potius hoc quidlibet inuestigandi, et sacrae scripturae testimonis demonstrandi studium imitetur, quam verbis tantum ipsorum inhaereat, quae fortasse isti, si nostro nunc tempore viuerent, nostrisque mirum quantum auctis librorum facrorum interpretandorum subsidiis vterentur, nunc non amplius tuenda esse censerent.

Eademque animi strenuitate omnem humanam auctoritatem in rebus sacris diiudicandis minimi aestimabant, quin plane reiiciebant. Quo magis enim animaduertebant, multis humanis opinionibus nunc auctoritatem sacri codicis infringi, veritatemque omnem aboleri, aut scripturae sacrae effatis longe aliena superaddi; nunc hominum conscientiam onerari, christianam libertatem, veritatisque vsum impediri, eo maiori constantia omnes de rebus sacris opiniones cum litteris sacris pugnantes respuebant, omniaque huiusmodi hominum argumenta, quibus istas defendere conabantur, refutabant. Quumque potissimum istis temporibus ecclesia Romana, eiusque princeps, summus episcopus Romanus multa sibi arrogasset, et praeter sacram scripturam multas alias leges ad res sacras pertinentes sanxisset, ante omnia hunc aggredi, eiusque leges impugnare studebant; fretique summi numinis benevolentia omnium-

³⁷⁾ Form. conc. epit. init. p. 570.

³⁸⁾ ibid. p. 572.

³⁹⁾ ibid. sol. declar. init. p. 632.

omniumque proborum assensu minime curabant, quid inde euenturum esset, malebantque multorum potentiumque hominum iram in se concitare, quam conscientiam suam laedere, veritatem amplius in occulto relinquere, deique iussui immorigeros se praefare. Euolute enim libros istos symbolicos, qui non vnum tantum, sed innumera huius rei exempla ob oculos ponunt. De traditionibus enim humanis ab ecclesia Romana magno in pretio habitis ita loquuntur: Admonentur homines &c.⁴⁰⁾. Similiter opinionem, bonis operibus hominem posse gratiam mereri, reprobant hisce verbis: reiiciuntur et isti &c.⁴¹⁾. Item: opera nostra non possunt reconciliare deum &c.⁴²⁾. De cultu sanctorum sic: scriptura non docet inuocare sanctos &c.⁴³⁾. De more, laicis vnam tantum speciem in coena domini distribuendi, sic: haec consuetudo non solum contra sacram scripturam &c.⁴⁴⁾. De variis in missa abusibus sic: Constat, hanc quoque &c.⁴⁵⁾. Item: quod missa in papatu sit maxima et horrenda abominatio &c.⁴⁶⁾. De potestate ecclesiastica sic: non commiscendae sunt potestates ecclesiasticae et ciuiles &c.⁴⁷⁾. Denique de iuribus episcopi Romani sic: Articulus de papa docet &c.⁴⁸⁾. Quae omnia satis probant, quanto ardore egregii isti viri in reprobandis omnibus vanis hominum opinionibus versati sint, quamque remoti fuerint a cedendo, vbi nimia indulgentia summi numinis mandata negligere, veritatemque, quam in lucem proferre decebat, amplius occulere sibi videbantur. Quo maior igitur fuit vis illa, cui resistendum erat; quo maius periculum, quod in inuestiganda et profitanda veritate subibant; quo magis inueterati errores, quos impugnabant; eo maiori opus erat virium intentione, eoque maiori animi constantia; eoque maior est laus illa atque gloria, quae ipsis debetur; eoque magis est, quod eiusmodi duces lubenter sequamur; et eodem modo, quo ipsis, nulli humanae auctoritati in rebus sacris tantum tribuamus, vt hominibus, quam deo, obedientiores simus,

⁴⁰⁾ Aug. Cf. art. XV. p. 13. coll. Smalc. art. partis III. art. XV. p. 337.

⁴¹⁾ Aug. Cf. art. XII. p. 13.

⁴²⁾ ibid. art. XX. p. 16.

⁴³⁾ ibid. art. XXI. p. 19.

⁴⁴⁾ ibid. abusus I. p. 21.

⁴⁵⁾ ibid. abus. III. p. 24.

⁴⁶⁾ Art. smalc. partis II. art. II. p. 305.

⁴⁷⁾ Aug. Cf. abus. VII. p. 38. 40. 41.

⁴⁸⁾ Art. smalc. partis II. art. VI. p. 312.

—————

simus, humanasque opiniones, iudicia, commenta effatis sacri codicis vnquam paeferamus.

Ex vtroque igitur istorum virorum studio, quum litteras sacras iterum iterumque perlustrandi, tum omnium humanarum opinio- num veritatem accuratius inquirendi, in libris symbolicis maxime conspicuo, illud efficitur, quod praecepit ecclesiae Protestantium proprium est, vt nimur in religionis capitibus cognoscendis magis magisque procedant, nec vnquam hanc quidlibet explorandi ponderandique cupiditatem limitibus circumscribi finant. Omnis enim illorum agendi ratio satis indicat, ipsis fuisse persuassissimum, se et posse et debere in cognoscenda veritate latius progredi. Ea igitur, quae hacce ingenii viribus vterius procedendi cupiditate, ab omni partium studio aliena, vera esse cognouerant, hisce libris seruanda tradiderunt; non, quod inaudita essent, aut quod ab opinionibus ecclesiae catholicae maxime recederent, sed tantum, quod isto faltem tempore, istic sacrum codicem interpretandi subsidiis philologicis, criticis, historicis adhibitis, istic aetatis philosophia in vsum suum conuerta, non nisi ista pro veris, sacraeque scripture maxime consentaneis haberent; nec dubium est, ipsis longe alia in libris symbolicis proposituros fuisse, si alia pro veris habenda censuerint. Non igitur haec effata quoad singula verba, singularumque propositionum argumenta spectata pro eo habenda sunt, quod vere Protestantium ecclesiae proprium est, sed potius illa, in his libris condendis maxime conspicua, quidlibet inuestigandi latiusque in cognitione veritatis progrediendi cupiditas. Pro hoc igitur ipsis maxime proprio vterius procedendi studio ea reprobabant, quae ista aetate reprobanda ducebant, eaque probabant, quae pro suo cognitionis modo, pro illa, qua instrudi erant, doctrinae copia, probanda esse censebant. Minime vero poterat ipsis in mentem venire, inde ab ista aetate omne latius progrediendi studium hominibus aut natura negatum fore, aut istic publici iuris factis fidei confessionibus, libris symbolicis nempe, prohibitum; id quod existimare non potuerunt, nisi in posteros omnes iniquissimos se praestare voluissent, eosdemque illo veritatem magis magisque investigandi iure priuare, quo ipsi tam egregie vti erant. Ille igitur, qui

qui hoc quidlibet inuestigandi latiusque semper progrediendi studium imitatur, etiam si a verbis ipsorum in istis symbolis adhibitis longissime recedat, censendus est his viris similior esse eo, qui a verbis ipsorum ne transuersum quidem vnguem audet discedere, nec veritatis inquirendae, nec latius progrediendi studio ducitur. Qui vero ab hac vere Protestantium indole aliena statuit, loco veteris illius iugi ab ecclesiae Romanae principe hominibus impositi, et a viris, qui sacris repurgandis operam nauarunt, feliciter excusci, nouum aliquod iisdem imposuisse, et a libertate illa, quam nostra ecclesia sibi vindicauit, longissime recessisse videretur, et ab egregia illorum virorum agendi ratione mirum quantum aberrasse, qui non respiciebant, quid maiorum opinionibus maxime congrueret, sed quid suae aetati maxime conueniret.

Quae quidem omnia si ex symbolis ecclesiae nostrae serio perlegendis, earumque indole accuratius contemplanda docemur, maxima est omnino, quam nobis hoc quoque tempore utilitatem praefstant.

PARTIS I. SECTIO III.

Aliorum de libris symbolicis sententiae recensentur.

Constat inter omnes, et ante nostram aetatem, et hoc ipso nostro tempore, varie de utilitate et necessitate symbolorum esse disceptatum.

Praeterea enim, quod haud multo post Formulam concordiae compositam Rudolphus Hospiianus, hanc formulam potissimum incepans, simul omnem religionis doctores certae cuidam fidei normae adstringendi consuetudinem vituperat⁴⁹⁾; quem refellere studet argumentis itidem historicis Hutterus⁵⁰⁾, in primis in fine saeculi XVII, ut et initio huius nostri saeculi variae de librorum symbo-

⁴⁹⁾ Vide librum: Concordia discors. Figuri. 1607. fol. vbi ista huius viri sententia ex omni historiam Formulae concordiae tradendi modo satis conspicua est.

⁵⁰⁾ In libro: Concordia concors. Witeberg. 1622. 4.

—————

symbolicorum et utilitate et necessitate lites exortae sunt, quarum historiam ex parte tradit *Walch*⁵¹⁾, et *Dannenmeyer*⁵²⁾. Praecipue nimurum quidam eorum, qui *Pietistarum* nomine insigniti sunt, inique de libris symbolicis statuendum esse iudicauerunt, Speneri auctoritate nisi; qui tamen ipse non omnino horum librorum necessitatem aut utilitatem in dubium vocandam censuit, quamvis ipsos non eodem, quo ab aliis habebantur, in pretio habendos esse existimaret. Iudicauit enim: libros symbolicos non per se, sed tantum propter christianam doctrinam, quam exponant, nec propter ipsorum autores, rerum sacrarum testes, sed tantum propter sacrae scripturae, quod contineant, testimonium esse pro verbo dei habendos⁵³⁾. Item: si de necessitate librorum symbolicorum sermo sit, absolutam ab hypothetica, sive conditionata distinguendam esse. Illam hisce libris tribuere velle, nimium fore. Diu enim ecclesiam ipsis sine incommodo carere potuisse. Hanc ipsis quodammodo concedendam esse⁵⁴⁾. Denique: istos libros, etiam si nihil contineant, quod cum fidei christianaee capitibus pugnet, posse tamen in rebus leuioris momenti, aut in singulis quibusdam verbis errori obnoxios esse. Diuinos minime appellandos⁵⁵⁾. Alii contra hisce libris non modo utilitatem maximam vindicauerunt, sed etiam admodum ipsos necessarios esse contendenterunt, quin diuinos appellare, et theopneustos non dubitauerunt; e. c. *Schroerius*⁵⁶⁾, et *Gottl. Wernsdorf*⁵⁷⁾, qui affirmauit: libros ecclesiarum nostrorum

⁵¹⁾ *I. G. Walch* pauca hoc pertinentia afferit in libro, vernacula lingua conscripto: *Einleitung in die Religionsstreitigkeiten, welche sonderlich außer der lutherischen Kirche entstanden.* Jenae 1733. p. 46 sq. Plura attulit in libro: *Einleitung in die Religionsstreitigkeiten der evangel. luth. Kirche.* P. II. Jenae 1733. p. 137 sq.

⁵²⁾ *Iosephi Dannenmeyeri* hinc succincta controversiarum de librorum symb. auctoritate inter Lutheranos agitarum. Friburgi 1780. p. 16 sq.

⁵³⁾ *Ph. I. Spener* in libro: *Aufrichtige Ubereinstimmung mit der Augsburgischen Confession zur nöthigen Vertheidigung seiner Lehre.* Frankf. 1696. p. 72.
⁵⁴⁾ ibid. p. 82.

⁵⁵⁾ ibid. p. 67. Cf. Praeterea *Henrici Lysii* synopsis controversiarum sub orthodoxiae specie motarum. p. 202, 205.

⁵⁶⁾ *Ehrenrettung der s. B. wider die Beschuldigung des D. Spener.* Witeb. 1699. 4.

⁵⁷⁾ De auctoritate librorum symbolicorum. aphorismo I.

rum symbolicos nullis inquinatos esse erroribus, sed cum scriptura sacra ex esse perpetuoque consentire. Iisdem aut similibus argumentis eodem aut paulo seniori tempore (*Dippelius*⁵⁸), (*Arnoldus*⁵⁹), aliique libros symbolicos impugnarunt atque reprobarunt, respecu habito ad vim, quae nonnunquam istorum librorum causa religiosi doctoribus illata est; (*Schroerius*⁶⁰), a *Seelen*⁶¹), (*Fecht*⁶²), et ab (*Elswich*⁶³) eosdem argumentis grauisimis tueri, et ab istis opprobriis defendere studuerunt. Nec tamen negandum, nonnullas harum de symbolicis libris litiū, praefertim de ipsorum aut utilitate aut necessitate, saepius de verbis, quibus haud clarum et distinctum sensum tribuerint, quam de ipsa re exortas esse, nec ab altera parte nisi illud, quod nimium est in auctoritate aut utilitate libris symbolicis vindicanda, reprobatum, quum contra, si defensores istorum librorum aequiores fuissent, isti, qui eosdem impugnare studuerunt, quoque aequiores se praefituri fuissent. Confer, quae bene *Walchius* de Spenerianis istis et aliis huiusmodi litiibus monet⁶⁴.

Nec vero est, quod diutius hisce remotioris temporis libibus immoremur, quum recentiorum de ista re controuersiae, quo distinctioribus argumentis nitantur, quoque magis ad nos spectent, eo maiori attentione dignae sint. Primum igitur ea afferamus, quae sunt ante notissimum illud edictum regis Borussorum de hac re disceptata; deinde de iis libris pauca monebimus, quibus conscribendis regium illud edictum ansam praebuit, quaque postea ad hunc usque diem hoc spectantia in medium prolatā sunt.

E 2

Quod

⁵⁸) *Christiani Democriti* (f. qui sub hoc nomine latet: *I. Conradi Dippelii*) papismus Protestantium vapulans.

⁵⁹) *Gottfr. Arnold* quum in libro: *wahre Abbildung der ersten Christen*. Lib. VII. cap. 20. p. 1026. tum in: *Kirchen und Ketzerhistorie*. T. II. Lib. XVI. cap. 18. p. 668.

⁶⁰) in libro: *Antidippelius*, d. i. *aufrichtige Vertheidigung der Ehre symbolischer Glaubensbücher christlutherischer Kirche*. Witeb. 1701. 4.

⁶¹) *I. H. a Seelen* vindiciae libr. symb. contra *Gottfr. Arnold*. Lub. 1718. 4.

⁶²) *I. Fecht*: *vtrum libri symbolici vere an aequioce dicantur divini?* p. 29.

⁶³) *I. Herm.* ab *Elswich de reliquiis papatus ecclesiae Lutheranae temere affictis*. cap. 3. §. 12. p. 55.

⁶⁴) *Einleitung in die Rel. Streit. der evang. luth. Kirche*. T. II. p. 137.

Quod ad priora scripta attinet, praecipua huc spectantia re-censuit von *Einem*⁶⁵⁾, et *Schlegel*⁶⁶⁾. Ut omittamus igitur ea, quae sunt in Magna Britannia ante annos circiter triginta de libris symbolicis controuerfa, Blacburnio in primis vehementer impugnante omnis generis scripta symbolica, subscriptionemque 39 articulorum ecclesiae Anglicanae, contraquam *Thomam Rutherford* atque alios iterum iterumque sententiam defendente⁶⁷⁾, ad ea potissimum respiciamus, quae in Germania de hac re ab vtraque parte proposita sunt. Nempe videtur istarum controuersiarum initium inde ab anno 1767 ponendum esse, quo *F. G. Lüdke*, verbi diuini minister Berolinensis⁶⁸⁾, affirmare ausus est: "libris symbolicis Protestantum coetui ferreum atque iniquissimum iugum imperfectorum humanorumque confessionis librorum impositum esse, quod quilibet subire, quamvis inuitus, debeat. Minime religionis doctorem ad hominum verba, qualia contineantur libris symbolicis, sed ad dei tantum effata profienda iuramento adigendum esse; saltem non postulari posse a religionis doctoribus, vt cum libris symbolicis faciant, nisi quatenus ipsis congruant cum sacris litteris. Si religionis doctores non nisi fundamenta, fidei pariter atque praceptorum diuinorum, sacra scriptura duce proferant, fore, vt de praecipuis propositionibus, etiam nullis symbolis adhibitis, conueniant." Contra quae tamen quae moneri possint, constat ex iis, quae supra de difficultate discernendi, quid re verae sacriss litteris doceatur, diximus; (vid. sect. prim. §. 2. p. 7 sq. coll. sect. secund. partic. prim. §. 2. I. p. 20 sq.) ne dicam, vix sperari posse, fore, vt consentiant plures religionis doctores diuerfa doctrinae atque eruditiois de eo, quatenus libri symbolici conueniant cum sacra scriptura.

Deinde libros symbolicos a *Lüdke* acerrime defendit argumentis grauissimis *I. M. Götze*⁶⁹⁾, qui, "propter diuersissima va-

riorum

⁶⁵⁾ *I. A. Cph. von Einem Verfuch einer vollständigen Kirchengeschichte des 18ten Jahrhunderts.* T. III. Lips. 1778. p. 351 sq.

⁶⁶⁾ *Kirchengeschichte des 18ten Jahrhunderts.* T. II. Sect. I. p. 576 sq.

⁶⁷⁾ (*Blacburne*) The confessional, or a full and free inquiry into the right, utility, edification and success of establishing systematical confessions of faith and doctrine in protestant churches, 1766. recul. 1767. denovo 1770. 8.

⁶⁸⁾ in libro: *vom falschen Religionseifer*. Berol. 1767.

⁶⁹⁾ in libro: *gute Sache des wahren Religionseifers*. 1770.

riorum studia, inquit, diuerfissimasque de scriptura sacra opiniones necessarium esse, vt ecclesia indicet, quemnam sensum sacrae scripturae effatis ad praecipua religionis capita spectantibus tribuat. Ecclesiam nostram libris symbolicis carere plane non posse, ne diuerfissimis partibus nimis distrahitur. Confuetudinem, religionis doctores iuramento ad normam quandam fidei obligandi, non nisi id sibi velle, vt ipsi profiteantur, se doctrinae illi, quae libris symbolicis contineantur, vere assentiri, nec contradicuros vñquam, nec veritatem eorundem vñquam in dubium vocaturos, sed fide secundum istos se docturos, eosdemque defensuros. Nec impediri hocce iuramento veritatis vltiorem inuestigationem. Posse religionis doctorem latius semper progredi; sed hoc modo si a doctrina deflectat, quam libri symbolici praelibrant, munere cedendum esse." In quo quidem de hac re iudicio, quod multa omnino, quae vera sunt et aequa, et cum iis, quae ante expouimus, congruentia, continet, eo tamen vir doctus nimis severus fuisse videtur, quod non modo doctrinae, sed etiam fidei normam hisce libris contineri arbitratus est (cf. sect. prim. p. 9 sq. sect. secund. p. 25 sq.); neminemque, qui non in omnibus praecipuis religionis capitibus cum ipsis faciat, posse amplius doctoris munere fungi. Aequius fortasse iudicauisset, nisi existimatset, libros ecclesiae nostrae symbolicos esse tam egregie, tam praeclive, tam veritati conuenienter compositos, vt ab iis vlo modo discedere nefarium esset. Aequius rem dijudicauerat iam ante *Götzium Schubartus*⁷⁰⁾, qui quum negasset, fidei normis ingenio humano vim quandam inferri, cogitandique libertatem coerceri, quum nemo ad hoc iuramentum cogatur, qui c non de ipsis rei veritate sit persuasus, addit: "neminem obligari m ad illud perpetuo credendum, quod nunc pro vero habeat, nec ad quidquam contra, quam ipsi persuasum sit, profitendum atque docendum; sed hoc tantum postulari, vt, vbi videatur suae ecclesiae doctrinam exponere, nihil proferat, quod cum libris symbolicis pugnet, eas autem theses explicit, quas ecclesia pro necessariis habeat. Non nisi effrenatam dicendi libidinem ipsis libris coerceri.

E 3

Decli-

⁷⁰⁾ I. Ernst Schubart in libro: *Geschichte des römischen Pavfts Vigilius* 1769. in capite sexto, vbi de normis doctrinae sermo est.

Declinationem a quibusdam thesibus minus necessariis increpari
haud posse, a necessariis omnino reprobandam esse." Eodem fere
tempore vir perspicacissimus *Toellnerus*, quae de hac re sentiret,
aperte confessus est⁷¹⁾. Nempe: symbolicos libros et utiles et ne-
cessarios esse, vt habeant eiusdem ecclesiae ciues, de quo inter-
se conueniant, et vt perturbationibus ex nimia de religionis ca-
pitibus dissensione oriundis occuratur. Eo magis autem huius-
modi libris opus esse, quo difficultas sit, vt plures religionis docto-
res de eo conueniant, quid re vera sacra scriptura doceatur, atque
comendetur. "Quamlibet doctrinae normam quodammodo pro
malo habendam esse, pro minori tamen, quo maius, discordia et per-
turatio, impediatur." Simul tamen ipse neutiquam libris symboli-
cos impediri censet omne in religione inuestiganda vterius progre-
diendi studium, neque illicitum esse putat, vt aliquis religionis
doctor eos, quos forte deprehenderit, errores ecclesiae suae mani-
festet, quamquam prouide, neque ipsos libros symbolicos emen-
dari omnino non posse existimat. Quam quidem sententiam cen-
for anonymous vberius exponit⁷²⁾.

Circa idem fere tempus *Büschingius*⁷³⁾ affirmauit: solam scri-
pturam sacram pro fidei norma, proque omnis religionis christia-
nae fundamento habendam. Minime dari, nec dari posse fidei
confessiones, aut doctrinae normas, quae mutatione aut emenda-
tione plane non indigeant, sed nonnunquam emendari a peritis symb-
ola debere, quippe quae ne ab ipsis quidem auctoribus pro
perfectissimis atque immutabilibus habita sint. In quam quidem libe-
ram ingenui viri confessionem acerbissime innesci sunt *Götze*⁷⁴⁾, et
*Hoffmann*⁷⁵⁾, quorum hic omnia, in quibus *Büschingius* ab eccl-
esiae nostrae doctrina, et a libris nostris symbolicis recedat, magna
folici-

⁷¹⁾ I. G. *Toellner* *Unterricht von den symb. B.* überhaupt, Züllichau 1769.
principue p. 39 sq.

⁷²⁾ vid. *Allgem. deutsche Bibliothek.* T. XIII. P. II. p. 324.

⁷³⁾ *Allgemeine Anerkennungen über die symb. Schriften der evangel. lutherischen Kirche.* Hamburg, 1770.

⁷⁴⁾ I. M. *Götze* nothwendige Erinnerungen zu *Büschings Anerkennungen*
über d. f. B. d. evang. luth. Kirche. Hamb. 1770.

⁷⁵⁾ C. Fr. *Hoffmann* Anzeige bedenklicher Sätze in *Büschings allgemeinen*
Anerk. über d. f. B. mit kurzen Anerkennungen. Lipf. 1771.

solicitudine recenset; ille strenue affirmat, argumentisque validissimis sententiam defendere studet, non potuisse ecclesiam Lutheranam sibi libertatem, mutandi symbola atque emendandi, vindicare, quod quidem censet pugnare cum pace illa notissima religionis causa inita (*Religionsfrieden*), et cum Euangelicorum sive Protestantium promissione, fore, ut Augustanae confessioni semper adhaereant. Quamdiu illud non demonstratum sit, vere errores hisce libris contineri, non posse affirmari, ipsos ad maiorem perfectionis gradum euehendos esse. Quibus quidem Götzii acerbissimis inuestigationibus *Büschingius* alia argumenta opposuit⁷⁶⁾, nempe: quamuis propter ius sociale liceat, ut ecclesia omni symbolicorum librorum mutationi, sive in verbis, sive in rebus suscepfas repugnet; tamen ista iura tantum secundum politices praecepta, minime secundum christiana atque euangelica argumenta pro aequis habenda esse. Minime posse obligationem ad libros symbolicos nisi legibus quibusdam imperialibus (*Reichsgrundgesetze*), quum illud in conspicuo sit, ecclesiae catholicae, sive Romanae ciues omni tempore operam dare, ut Protestantibus, quantum possint, eorum, quae pace Westphalica ipsi recuperauerint, eripiant. Omnes limites, quibus quis librorum symbolicorum ope circumscribatur, esse tollendos. Potuisse horum librorum auctores vel in praecipuis religionis christianaee capitibus errare; et quae sunt huius generis plura, quibus in symbolorum defensores acerrime inuestitus est. Nec vero potuit Götzius eiusmodi librum silentio praetermittere, sed eo, quo solitus est, more, id est, acerbissime respondit⁷⁷⁾, ea, quae hausta tantum sint ex scriptura sacra, eodem, quo ipsa sacri codicis effata, in pretio habenda esse existimans.⁷⁸⁾ Circa idem tempus theologus nostra etiam aetate et insignis doctrinae laude et iudicii aequitate conspi-
cuius, S. V. Schlegel⁷⁹⁾ existimauit, minime libris symbolicis vim

cuidam

⁷⁶⁾ Allgemeine Anmerkungen über d. s. B. editio nona additamentis aucta. 1771. quae additamenta sunt quoque separatim edita sub titul. *Büschings Zusätze und Veränderungen zu seinen Anmerkungen über die symb. B.* Hamb. 1771.

⁷⁷⁾ Fortgesetzte Erinnerungen zu Büschings allg. Anmerk. &c. 1771.

⁷⁸⁾ Gottlieb Schlegel Erörterung des beständigen Werths der symbolischen Bücher der evangel. luther. Kirche, und der Billigkeit derselben in Verpflichtung ihrer Lehrer. Riga 1771.

cuidam inferri, quum ecclesia non propter effata sua, sed tantum propter argumenta, quibus nitantur, postulet, ut religionis docto-
r ibi assentiatur; neque exigat, ut assentiatur nisi praecipuis propo-
sitionibus seu fundamentalibus, minime singulo cuilibet argumento,
aut propositioni minus essentiali, ac multo etiam minus singulo
cuilibet vocabulo; neque addere libris symbolicis quidquam, ne-
que emendare, consilii esse. Nonnunquam etiam oculere, quid
vere sentias, vbi sine aliorum detimento possis, haud illicitum esse,
ut librorum symbolicorum utilitas externa seruetur. Haud multo
post *Markius* sententiam suam de hac re aperuit ⁷⁹⁾, qui pariter at-
que caeteri, quos citauimus, libros symbolicos ab aduersariorum
conatribus defendit, affirmatque, ea, quae ab horum librorum de-
fensoribus in medium proferantur, iamdudum satis superque argu-
mentis validissimis atque satis perspicuis probata esse. Similiter eo-
dem tempore anonymous quidam ⁸⁰⁾ affirmavit, quum et magistrati-
bus et singulis coetibus sacris de congruentia librorum symbolicorum
cum sacra scriptura persuasum sit, nec ipsi alium religionis doctorem
quaesuerint, nisi eum, qui secum de religionis capitibus conser-
tiret, haud mirandum esse, eum iuramento adstringi. Neutiquam
debere eum, qui mutata sententia ea in medium proferat, quae sen-
tiat, hanc ob causam affligi atque cruciari; nec tamen iniquum esse,
si quis, ut munere cedat, postulet. De quibus quae censor quidam
monenda existimauerit, digna sunt, quae conferantur ⁸¹⁾. Paulo
post Semlerus de libris symbolicis eorumque vsu et auctoritate libere,
nec tamen inique locutus est ⁸²⁾.

In his igitur ab vtraque parte propositis, variisque argumentis
nunc demonstratis, nunc impugnatis, quibus, quamvis res non
omnino extra omnem dubitationis aleam posita sit, tamen ad veri-
tatem proprius accessum est, viri docti acquiescere potuissent, et
acquie-

⁷⁹⁾ D. G. Fr. Mark *Zufäße zur unveränderlich richtigen Erwügung der s. B. unserer evangel. luther. Kirche überhaupt, und der Augsburgischen Confession insbesondere mit Rücksicht auf Bäschings Zufäße.* 1773.

⁸⁰⁾ *Freimüthige Betrachtungen bey den heutigen Streitigkeiten über die s. B. und Verbesserung des protestantischen Lehrbegriffs.* Berol. 1774.

⁸¹⁾ Vid. *Allgem. D. Bibliothek.* T. XXVIII. P. I. p. 144.

⁸²⁾ In praefatione libri, cui titulus est: *Apparatus ad libros symbolicos ec-
clesiae Lutheranae.* Halae 1775.

acquieuisserent fortasse, nisi ante annos circiter octo noua de hisce rebus disputandi occasio se praebuisse. Nemo enim ignorat, inde a regis Borussorum notissimo edicto ad religionem pertinente⁸³⁾ denuo variis argumentis librorum symbolicorum auctoritatem, vtilitatem atque necessitatem ab aliis esse defensam, ab aliis in dubium vocatam. Quae quidem occasio fuit, vt vtraque pars, quid in genere de eiusmodi normis ad religionem spectantibus, igitur quoque de libris symbolicis sentiret, vberius exponeret. De qua controveria inspiciendus est *S. V. Henke*⁸⁴⁾, qui libros huc pertinentes et maxima cura enumerat, et veritatis studio incensus libere diuidat. Ex quorum librorum farragine praecipios tantum ad libros symbolicos spectantes indicasse sufficiat.

Ac primum quidem eorum, qui regium illud edictum impugnare studuerunt, et doctrinae normas ab ecclesia sanctitas reprobarent, notatu dignior videtur auctor anonymous annotationum ad regium illud edictum⁸⁵⁾, qui quum diuidare studet, vtrum ea, quae ad theoreticam sive dogmaticam religionis partem spectent, praescribi queant? quatenus mandatis varii generis impediri possit, quo minus religio detrimenti quidquam capiat? et, quae sunt huius generis plura, ita rem disceptat, vt reprobet potius, quam defendat eiusmodi normas. Cuius viri argumentis nonnulla opposuit *Semlerus*⁸⁶⁾, affirmans, quolibet studio ab illa norma discedendi, quam ecclesia sanxerit, iura ecclesiae socialia violari, cuius generis conatus edicto illo regio occurratur; contra quae tamen *Henkius* nonnulla monenda censuit⁸⁷⁾. Item anonymous alius⁸⁸⁾ contra illum annotationum auctorem et regium illud edictum et libros

symbolicos

⁸³⁾ Königl. preuss. Religions-Edikt vom 9 Jul. 1788.

⁸⁴⁾ Vid. *Allgem. deutsche Bibl.* T. CXIV. P. II. T. CXV. P. I.

⁸⁵⁾ *Freimüthige Betrachtungen über das Edikt, die Religionsverfassung in den preuss. Staaten betreffend.* Francof. et Lipf. 1788. partic. II. ibid. eodem anno.

⁸⁶⁾ *Vertheidigung des preuss. Religions-Edikts gegen die freim. Betrachtungen.* Halae 1788.

⁸⁷⁾ I. c. T. CXIV. P. II. p. 136 sq.

⁸⁸⁾ *Unpartheyische Beurtheilung der freim. Betrachtungen über das R. E.* Berol. 1789.

— — —

symbolicos defendere studuit, et errare censuit illos, qui obligationem ad libros symbolicos non nisi pro mero ritu habeant. Ante alios vero, qui de huiusmodi rebus illo tempore egerunt, notatu dignissimus est vir vere venerabilis *Gul. Abr. Teller*, qui aperte et ab omni partium studio alienus libello egregie scripto, quid de hac re sentiret, confessus est ⁹⁹⁾. Nimirum omnibus religionis doctoribus, quum iis, qui cum libris symbolicis faciant, tum iis, qui ab iisdem recedant, sacram et inuiolabilem esse debere libertatem conscientiae auditorum, quum in religione nihil debeat esse vi quadam effectum, sed non nisi spontaneum. Vniuersiusque libertati relictum esse debere, vt, quae ipse de religionis capitibus iudicet, candidus impertiat; nimia symbolis tribuenda auditorate, eorundemque vnu nimis stricte seruando verendum esse, ne eatenus virtus externa, sive *iustitiam ecclesiasticam* appellare malis, seruetur, quatenus scientiae moralis praecepta negligantur. Protestantium coetu adscribendum esse, qui ea reprobet, quibus ecclesia Romana a quolibet alio christiano coetu distinguatur. Vbi autem illud requiratur, vt symbolorum auctores fide sequaris, caute omnino verandum esse, et potius, si dubiis vexeris, quae contra libros ecclesiae symbolicos in medium proferenda statuas, antequam munus doctoris ambias, recedere oportere, quam munus eiusmodi suscipere. *Henkius* in plerisque cum *Teller* faciens haec tamen contra virum egregium monenda censet ⁹⁹⁾: si ille pro ecclesiae Protestantium doctore habendus sit, qui in institutionibus publicis sacram scripturam sequatur, aperte confitendum esse, dari omnino nulla alia scripta, quae possint praeter sacram scripturam pro sacrae institutionis fontibus haberi. Symbolicos libros neque esse eiusmodi normam, neque eo consilio compositos esse, vt eam constituerent. Num ipsi perfecte cum sacra scriptura congruant, vniuersiusque liberae investigationi relictum esse. Nec posse quemquam Protestantium doctorem hisce libris obligari ad quidquam docendum, quod sacra scriptura non contineri perficiat. Eas propositiones dogmaticas,

⁹⁹⁾ Wohlgeminte Erinnerungen an ausgemachte, aber doch leicht zu vergessende Wahrheiten, auf Veranlassung des königl. preuss. Religions-Edits. Berol. 1788.
⁹⁹⁾ l. c. p. 190 sq.

ticas, quae librorum symbolicorum quasi summa sint, non pertinere ad populi institutiones. Obligari ad libros istos, nihil aliud sibi velle, quam: ecclesiae huic totos se dicare, seque obstringere ad nihil docendum, quo consilium illud, quod haec ecclesia, dum ab illa se segregaret, secuta sit, impediatur; igitur nihil in medium proferendum, quo papatus, dominatus ille in hominum conscientiam, hominumque doctrina fanciat, discordia nutritatur. Omnen obligationis istius accuratiorem definitionem, quae cum natura et consilio Protestantismi aperte pugnet, reprobadam esse.

Nec silentio praetereundus, qui eodem anno huic rei lucem affudit, Cel. *Hufeland*⁹¹⁾, qui quum ex rei natura, tum argumentis historicis ostendere studet, minime posse principibus ecclesiae Protestantium iure competere, vt normas doctrinae, a quibus plane nunquam recedere liceat, fanciant. Sed a norma quadam doctrinae olim fancita vt recedat, cuiuslibet reipublicae Protestantium libertati relictum esse debere. Simile argumentum tractauit Clar. *Trapp*⁹²⁾, qui censet, in ecclesia Protestantium nullam obligationem ad credendum aliquid locum habere posse, igitur nullum quoque iuramentum in aliquam fidei normam. Neque tamen omnes reprobant doctrinae normas, sed tantum earundem abusum. Quae tamen Trappii argumenta refutare studuit *Dedekind*⁹³⁾. Eandem rem denuo ponderauit Rev. *Koeppin*⁹⁴⁾, qui demonstrare studet, reipublicae quam maxime interesse, utrum ciues religione praediti sint, an minus, illudque simul curandum esse, vt ciuium religio reipublicae neutiquam possit esse noxia. Praeterea loquitur de iuriis quibusdam concessis, et de tolerandis Protestantibus hac conditione, vt doctrinae normam olim fancitam fideliter tueantur. Quod idem paulo ante Ven. *Masch* studuit argumentis historicis

F 2 probare

⁹¹⁾ Gottl. *Hufeland* über das Recht protestantischer Fürsten, unabänderliche Lehrvorschriften festzusetzen, und über solche zu halten. 1788.

⁹²⁾ Ueber das Recht protestantischer Fürsten in Glaubenssachen von E. Ch. *Trapp*. Brunswic. 1788.

⁹³⁾ Ueber das Recht der protestantischen Regenten in Kirchensachen, auf Veranlassung der gegenwärtigen Zeitumstände von C. L. H. *Dedekind*. Helmstädt 1792.

⁹⁴⁾ Das Recht der Fürsten, die Religionslehrer auf ein feststehend Symbol zu verpflichten. Leipz. 1789.

probare⁹⁵⁾, nempe, haud licere, ut ecclesia Protestantium aliquatenus a confessionibus publicis, sive libris symbolicis recedat, quem tamen argumentis itidem historicis refutare studet Henke⁹⁶⁾). Moderationibus hisce librorum symbolicorum defensoribus omnino accensendus est Seel⁹⁷⁾, qui maximo veritatis studio incensus serio illud inculcare studet, posse rempublicam nonnulla ad religionem pertinentia praecipere, ne ciues omnem religionem plane repuant, flagitiisque se dedant. Denique, maximam utilitatem etiam nostra aetate ex libris symbolicis capiendam esse, probare studuit Wetten-gel⁹⁸⁾ in libro, cuius prior pars *Büschingium* refutare studet (cuius recentiorem libellum, *huc* pertinentem, qui omnino est historici argumenti, in parte dissertationis secunda citabimus), posterior affirmat, sublati libris symbolicis non posse non detimenti quamplurimum exsistere. Nec omittendus tamen, qui in auctoritate hisce libris vindicanda nonnullis videtur minori moderatione usus esse, doct. Roennberg⁹⁹⁾, qui rempublicam symbolis maxime indigere existimat, illudque affirmat, Augustanam confessionem fuisse fundamentum pacis illius, religionis cauila initiae, qua ciuibus euangelicis libertas conscientiae in perpetuum comparata sit; contra quae tamen Henkies monet¹⁰⁰⁾, minime ex pacis illius instrumentis demonstrari posse, ibi Augustanam confessionem pro vlla alia re, quam pro monumento esse habitat, quod veteri ecclesiae a recentiore discernendae inferuiret; igitur ipsam a Protestantibus oblatam esse, tanquam normam, quam tueri, a Catholicis acceptam esse, tanquam conditionem, sub qua pacem seruare vellent. Praeterea

Roenn-

⁹⁵⁾ Die Gerechtäme der Kirche und ihres Lehrbegriffs von A. G. Mafsch. 1788.

⁹⁶⁾ l. c. p. 281 sq.

⁹⁷⁾ Briefe über das königl. preuß. Religions-Edict, auch über Aufklärung, Toleranz, Presßfreiheit von W. H. Seel. Frankf. und Leipz. 1789.

⁹⁸⁾ Sind die symbolischen Bücher ein Koch für die freye evang. luth. Kirche? mit Rücksicht auf Büschings Schrift: Untersuchung wann und durch wen der freyen evangel. Kirche die s. B. aufgelegt worden? untersucht von M. F. Fr. Wetten-gel. Greiz 1790.

⁹⁹⁾ D. I. Fr. Rönnberg über symb. Bücher in Bezug aufs Staatsrecht. Ross. 1789. ed. altera 1790.

¹⁰⁰⁾ Allgemeine deutsche Bibliothek. T. CXV. P. I. p. 15. Roennbergii sententiam pacis illius legibus repugnare, probat S. V. Reinhard in libro: System der chrijtl. Moral. T. II. p. 614 sq. not. 8. 10.

Roennbergium refutare studuerunt primum anonymi duo, deinde S. V. Rosenmüller, qui nonnulla de *Roennbergii* argumentis monenda censuit; praeterea quoque cl. *Villaume*, atque *Bahradius*. Ac primus quidem *anonymus*¹⁾ caute rem dijudicans arbitratur, pace illa notissima (*Religionsfrieden*) illud tantum effectum esse, vt vtraque pars sentiret, vbi terminus esset, quem transgredi non liceret. Ipfum agrum autem ab vnoquoque coli posse. Alter *anonymus*²⁾ demonstrat, non adeo necessaria ad salutem reipublicae esse symbola, vt *Roennbergius* existimet, quum plurim inter se congregatio ad cultum summi numinis etiam sine eiusmodi libris locum habere possit. Non nisi hanc ob causam religionis doctores ad normam quandam doctrinae obligari posse, quod aut ex mutata de religionis capitibus sententia reipublicae periculum immineat, aut ineruditati varietate opinionum nimis perturbentur; vtrumque autem in recentiorum studiis, ex doctrina symbolica vana hominum commenta reiiciendi, locum plane non habere, dummodo religionis doctor non studeat, ea, quae ad doctrinæ normam hucusque pertinuerint, tanquam ridicula proscribere. Eodem anno S. V. Rosenmüller in libello egregie conscripto³⁾ contra *Roennbergium* libertatem ecclesiae Protestantium strenue defendit, demonstravitque, potius virorum illorum, a quibus conscripti sint libri symbolici, agendi rationem, et omnia magis magisque explorandi, et secundum sacram scripturam tanquam unicam normam dijudicandi studium imitandum esse, quam singulis istorum librorum propositiōnibus nimis stricte inhaerendum. In iuramento illo, quo quis ad normam quandam doctrinae adstringatur, tantum ea spectari, quae sint vere capita religionis christiana. Deinde cl. *Villaume*, cui itidem cum *Roennbergio* pugna est⁴⁾, putat, libros symbolicos esse non nisi instrumenta, quibus homines ad credendum coercentur,

F 3 cog.

¹⁾ Sendschreiben eines alten Landpredigers in Preußen an Rönnberg über die symb. Bücher, zum Druck befördert von J. G. Schilling. 1790.

²⁾ Bemerkungen über des Hrn. Hofr. Rönnberg. Abhandlung über symb. Bücher. Leipzig. 1790.

³⁾ Beantwortung der Frage: Warum nennen wir uns Protestanten? von D. I. G. Rosenmüller. Lips. 1790. imprimit vid. p. 16. nota. p. 20 sed.

⁴⁾ Prüfung der Rönnbergschen Schrift über die symb. Bücher in Bezug aufs Staatsrecht. 1791.

cogitandi libertas minuatur; ipsosque ab ecclesiae ministris inuentos ad plebem opprimendam. In quibus quidem iniquo aduersario haud iudicij iniquitate cedere videtur. Sed praeterea non negligendum, quod huic libro additum est, egregium collegii summi, quod Berolini rerum externalium curam agit (*Departement der auswärtigen Angelegenheiten*), effatum ad libros symbolicos pertinens et ad historiam eorum respiciens, inde a die 18 Februarii anni 1791 publici iuris factum. Denique *Bahrdtius contra Roennbergium affirmauit*⁵⁾: neque ecclesiam, neque rempublicam egere libris symbolicis. Biblia pro perpetua fidei christiana norma esse habenda. Quibus omnibus argumentis diuerissimi ponderis *Roennberg* alia studuit opponere⁶⁾, quibus tamen haud, quod sibi proposuerat, demonstrasse, aduersariosque refellisse cenlendus est.

Missis igitur omnibus hisce variorum de symbolis ecclesiae nostrae sententiis, quibus vberius explicandis ansam praebuerat regium illud edictum; cum quibus conferantur omnino praeter illa *Henkii* verba, quae iam ante citauimus, ea, quae theologus ille celeberrimus et egregie et libere de ecclesiae nostrae symbolis, eorumque origine et consilio, cur conscripti sint, eorum vi et auctoritate, deque iuramento, quo quis ad illos fideliter tuendos obligetur, monuit⁷⁾, antequam aliorum de hac re sententias exponeret, atque diiudicaret; pauca insuper addere liceat, ab aliis viris doctis nuperrime hac de re in medium prolatas, hucusque omisa. Ac primum quidem minime praetereundis est b. *Doederlein*⁸⁾, qui breviter et acute studuit diiudicare: utrum, salua cogitandi libertate, et illaeſo conscientiae, quod vocant, iure, obligatio ad normam quandam doctrinae ecclesiasticae locum habeat, an re ipsa violenta sit ac nulla? quam quidem rem ita definit, ut norma quadam doctrinae publicae neque conscientiae, neque veritatem examinandi libertati, neque ipsi veritati quidquam metuendum esse demonstret. Deinde in primis notatu dignissima videtur S. V. *Reinhardi sententia*

⁵⁾ Prüfung der Schrift des Hofr. R. über die f. B. in Bezug aufs Staatsrecht. In Briefen von C. F. Bahrdt. Halae 1791.

⁶⁾ Rönnberg über f. B. in Bezug &c. erste Fortsetz. Rost. et Lipf. 1792.

⁷⁾ I. c. T. CXIV. P. II. p. 52 - 67.

⁸⁾ In progr: obseruationes morales de obligatione ad normam quandam eccliae euangelicae. Jenae 1790. p. 4 sq.

tia⁹⁾, qui in commendando illo iuramento; commendandisque libris symbolicis hisce potissimum argumentis vtitur: nullam societatem religionis causa congregatam posse confistere, nisi de quibusdam propositionibus, quibus ab aliis distinguatur, conueniat; praesertim in institutionibus publicis eiusmodi consensum necessarium esse; illud igitur requiri existimat, vt illi, qui iuramento illo se obstrin-gat, vere de praecipuis religionis capitibus in symbolicis libris propositis persuasum sit; attamen in iuramento illo multo magis veram istorum librorum indolem, quam singula verba spectari; quum porro libri symbolici non sint nisi hominum opus, ne hoc quidem reprobari posse, si ecclesia nostra iis, quae viri docti atque prudentes accuratius ponderauerint, vtatur, ad libros istos emendandos atque renouandos. Nec minus aequa rem dijudicat S. V. Eckermann¹⁰⁾, qui contendit: In studio sacras litteras vterius investigandi, quum illud consistat, quod ecclesiae Protestantium maxime proprium sit; sequi, a nemine religionis doctore, qui ad veram librorum symbolicorum indolem animum aduertat, ullam propositionem ideo pro vera habendam esse, quod libris symbolicis contineatur; sed potius ab unoquoque, sicut ipse Lutherus sacram scripturam inuestigaverit, ipsam rem perlustrandam esse, vt tum demum, quid statuendum sit, dijudicet. Obligari quemque religionis doctorem ad libros symbolicos tuendos, quoniam cum sacra scriptura congruant. Igitur praecipue illud postulari, vt doceat, quae cum sacra scriptura conueniant. Igitur non esse, quod quisquam dubitet ad illam normam se obstringere, quum libri symbolici vere cum sacra scriptura congruant, etiamsi praeter facri codicis effata nonnulla alia contineant. Nec minori attentione digna sunt, quae S. V. Ammon de hac re indicanda statuit¹¹⁾, nempe iuramento illo, quo quis ad normam quandam doctrinae obligetur, nil aliud effici debere, quam vnitatem quandam in publicis institutionibus, ne religionis doctores aut non satis eruditii, aut parum sapientes

⁹⁾ *System der christl. Moral.* T. II. ed. altera. Wittemb. et Zerbst. 1792.
p. 598 sqq.

¹⁰⁾ *Theologische Beytr.* T. II. Sect. II. 1792. p. 21 sqq.

¹¹⁾ *Ueber die Verpflichtung auf die symbolischen Bücher durch den Religionseid.* In libro: *Neues theolog. Journal.* T. II. part. 5. p. 396 sqq.

sapientes suam de religionis capitibus sententiam, sua commenta atque dubia in medium proferant, eoque auditorum animos perturbent &c. Illud iuramento isto caueri debere, ne quis, quae ipse vera esse sentiat, aperte profiteatur, nisi sint ad captum auditorum accommodata. Nec omittendum, quod afferit Ritter, qui probat, normas doctrinae invariabiles neque praescribi posse, nec debere¹²⁾). Denique, anno nostrum proxime antecedente anonymous quidam vberius vsum librorum ecclesiae nostrae symbolicorum nostris temporibus accommodatum exposuit¹³⁾), qui postquam illud ostendit, libros ecclesiae nostrae symbolicos secundum ipsorum auctorum consilium non debuisse pro immutabili fidei norma haberi; igitur vnum illum, ad quem hucusque adhibiti fuerint, omni rei naturae repugnare, et cum ipsorum auctorum consilio minime congruere¹⁴⁾; primum indicat vsum historicum istorum librorum¹⁵⁾, non eo sensu, quo nos antea de eodem locuti sumus, sed ita, ut explicet, quum, quae soleat teste experientia cum vocabulo *librorum symbolicorum* notio coniungi; tum, quisnam huic notioni symbolorum vhus congruat¹⁶⁾; de illa autem utilitate historica, quam nos supra hisce libris vindicauimus, breuissimus est¹⁷⁾: deinde pariter atque in priori parte, illa symbolorum notione, quae ex rationis praecceptionis oriatur, antea exposta¹⁸⁾, illum eorum vsum declarat, qui rationis legibus congruat¹⁹⁾; ex quibus quidem illud satis constat, et notionem illam, et vsum illum ex rationis placitis demonstratum nonnullis in rebus aperte repugnare notioni, et vlii illi historico; addit tamen auctor, quum historica illa notio non nisi societatis alicuius cogitandi rationi respondeat, minime autem ipsorum scriptorum naturae propria sit, vsum illum, quem ratio postulet, repugnare tantum historicae illi notioni, minime autem scriptis ipsis eorumque naturae²⁰⁾). Denique paucis innuit, quomodo conciliandus videatur ille symbolorum ecclesiae nostrae vhus

¹²⁾ Vid. Henkii Mag. für Religionsphilosophie &c. T. III. Seçt. II. p. 356 sq.

¹³⁾ Welchen Gebrauch kann man in unserm Zeitalter von den symbolischen Büchern der lutherischen Kirche machen? cuius libri fecit I. prodit Jenae 1795.

¹⁵⁾ p. 146 sq.

¹⁸⁾ p. 198 sq.

¹⁴⁾ p. 78 sq. 84 sq.

¹⁶⁾ p. 167 sq.

¹⁹⁾ p. 215 sq.

¹⁷⁾ p. 183 sq.

²⁰⁾ p. 223.

vsus historicus cum eo, quem ratio postulet ²¹⁾). Nec tamen ne-gandum, nonnulla in isto libro nimis subtiliter disputata esse, etiam si ad rem ipsam clariori luce affundendam nil faciant.

Ex enarratis ipsis variorum diuersi temporis virorum sententias, satis constat, adeo diuersa et olim fuisse, et hac etiam aetate esse de libris symbolicis, eorumque auctoritate, vtilitate, necessitate iudicia, vt vix sperari queat, fore, vt ecclesiae nostrae theologorum faltem doctissimi atque perspicacissimi in posterum de illa re confentiant; deinde hoc quoque manifestum esse videtur, nonnullorum, qui illam rem diiudicauerint, diuersitatem opinionum in verbis potius, quam in rebus consistere. Denique hoc minime diffitendum est, quum ab utraque parte omnino sit variis iisque haud leibus argumentis disceptatum, neque, qui impugnet, neque qui defendat libros ecclesiae nostrae symbolicos, hanc solam ob causam aut reprobandum, aut laudandum esse, sed hic quoque, vt in omni alia re, de qua varie disceptetur, vtriusque partis argumenta serio esse ponderanda, nec tamen ipsam rem argumentorum numero, sed probandi vi, nec externa specie, sed foliummodo interno valore esse diiudicandam.

DISSERTATIONIS PARS II.

Postulatur, vt, quantum fieri potest, exponatur, quomodo mos introductus et propagatus sit, librorum symbolicorum subscriptio-nem a doctoribus religionis exigendi?

Huic alteri S. V. Theologorum ordinis propositioni accura-tius pertractandae vt meam qualcumque operam impendam, ita res instituenda mihi videtur, vt *primum* ea exponam, quae aut de subscriptione librorum ecclesiae nostrae symbolicorum, aut de iu-ramento, quo quis ad hosce libros pie seruandos obligatus sit, antequam formula concordiae composita fuerit, reperire potuerim; *deinde* de formulae concordiae subscriptionibus, deque controuer-sis

²¹⁾ p. 226 sq.

fiis super hac re agitatis nonnulla addam; *denique de more isto, aut omnibus ecclesiae nostrae symbolis, aut aliquibus faltem subscribendi, ad recentiora tempora propagato pauca adiiciam.* Nec vero opus esse censeo, *vt de litibus hanc subscriptionem, aut hoc iuramentum spectantibus sigillatim agam, quum ea, quae praecipue hoc faciant, in nonnullis recentiorum scriptis, qui in genere de libris symbolicis egerunt, obvia sint.* Ante nostram aetatem qui de isto iuramento potissimum differuerint, tradit *Walchius*²²⁾.

SECTIO I.

Enarrantur ea, quae de obligatione ad normam quandam doctrinæ christianæ, ope subscriptionis, aut iuramenti, ante formulam concordiae usitatam, historia tradit.

Ea, quae de obligatione quadam ad normam doctrinæ, praecipue ope iuramenti, ex prioribus ipsis temporibus nota sunt, succincte a *Walchio narrantur*²³⁾. Quorum quidem summa fere haec est: antiquissimis religionis christianæ temporibus eiusmodi iuramentum a nemine praetitum, ac ne postulatum quidem: sensim sensimque in imperio Graeco, s. orientali imperatoribus a clericis impositum esse, vt iuramento se obstringerent ad decreta conciliorum atque symbolorum tuenda, qui quidem mos deinde propagatus fuerit, ita, vt ipsi clerici ad iuramentum illud nulla necessitate adigerentur, quoniam fidei ipsorum confessio, atque promissio, se ista seruare velle, quae canonibus essent praecripta, sufficeret. Interea aliqua faltem clericorum exempla obvia esse, qui religionis causa iurauerint. Tandem inde a saeculo VIII. clericis quoque iuramento se obstringendi necessitatem impositam esse, eiusmodi tamen, quo potius Romano episcopo se obequentiam praestituros, quam incorruptam doctrinam christianam seruaturos esse, pollicerentur.

Sed nunc potissimum ad ea respiciendum est, quae historia rerum post reformationis tempora gestarum aut de subscriptione librorum symbolicorum ecclesiae nostrae, quae fuerit vel loco iuramenti,

²²⁾ *Introd. ad I. f. p. 954 sq.*

²³⁾ *I.c. p. 943 sq. de libr. symb. ecclesiae nostrae subscriptione agit p. 946 sq.*

ramenti, vel cum iuramento coniuncta, aut de solo huiusmodi iuramento, tradit. Cuius generis disquistio ab altera quadam pendet, quando nimurum libris ecclesiae nostrae symbolicis tantum auctoritatis tribuerint, ut pro doctrinae normis eosdem habendos iudicarent? Ac b. Büschingii quidem demonstrationibus si fides habenda esset, non nisi inde ab eo tempore, quo formula concordiae composita sit, libros istos eiusmodi auctoritatem nactos esse putaremus. Nempe vir doctissimus in libello notissimo illud sibi effecisse videbatur²⁴⁾: ecclesiam Lutheranam per sexaginta annos, inde a quo ortum duxisset, fuisse liberam a iugo librorum symbolicorum; quod quidem ipsa demum inde a formulae concordiae temporibus suscepit, quippe quae ipsius iugi suscipiendi causa fuerit. Studet enim vir celeberrimus probare, *primum*, neque Lutheri ipsius aetate, neque anno, quo Lutherus morte functus sit, 1546, neque 1553 istos libros symbolicorum nomine insignitos fuisse, neque ullo modo adhibitos ad religionis doctores obligandos, quod quidem literis commendatitiis eodem anno conscriptis demonstrat²⁵⁾; *deinde*, ne post Melanchthonis quidem obitum eiusmodi morem introductum fuisse, sed demum ab auctoribus formulae concordiae istis libris et nomen symbolorum tributum, et auctoritatem symbolicam vindicatum; in quo quidem negotio istius formulae auctores subdole egisse censem²⁶⁾. Sed Rev. Loeberus contra ostendere studet, iam quadraginta circiter annos ante formulam concordiae libros ecclesiae nostrae symbolicos normae loco aestimatos, et ad obligandos religionis doctores adhibitos²⁷⁾. Cuius rei testimonium adducit *primum* orationem illam Melanchthonis, anno 1553 habitam, "in qua refutatur calumnia Osianderi, reprehendentis promissionem eorum, quibus tribuitur testimonium doctrinae"²⁸⁾. *Osiander* enim reprehendisse

G 2

hendisse

²⁴⁾ In libro: *Untersuchung, wann und durch wen der freyen evangel. luth. Kirche die symb. Bücher zuerst ausgelegt worden?* Berol. 1789. p. 61 sq.

²⁵⁾ p. 62 sq. p. 17 sq.

²⁶⁾ I. c. p. 54 sq.

²⁷⁾ *Prüfung der Untersuchung des D. Büsching: wann und durch wen &c. von Goth. Friedemann Löber.* Altenburg 1789. p. 10 sq.

²⁸⁾ I. c. p. 3 sq. Oratio Melanchth. exstat in select. declamatt. Phil. Mel. T. III. p. 697 sq. Primum, quantum quidem indicare possum, hanc orationem ad historiam obligationis ad normam quandam doctrinae illustrandam adhibuit,

hendisse dicitur, quod doctores religionis promittere iubantur, se incorruptam euangelii doctrinam sic intelligere, vt in symbolis &c. recitatur, et in ea sententia se, deo iuuante, constanter perseueraturos esse. Contra quae Melanchthon: "Non recens a nobis exco-gitata est haec promissio, sed instituta ab hoc collegio *ante annos sere viginti*, a Lutheru, Jona &c." Igitur, addit *Loeberus*, circa annum 1533 illa huiusmodi quid promittendi consuetudo videtur instituta esse. Deinde locum afferit ex mandato illo Henrici, ducis Saxonie, quo anno 1539 religionis doctoribus iniungebatur, vt officio suo secundum Aug. Conf. fungerentur. Quibus addit, confutationem eorum, qui cum Augustana confessione et articulis Smalcaldicis pugnarent, anno 1559 a duce Saxoniae Ioanne Friderico II. verbi diuini ministris serio commendatam; anno 1567 Strigellii placita iusu Saxoniae ducis Ioannis Guilielmi ex verbo diuino, Lutheri libris, catechismo, Aug. Conf., apologia, et Smalc. articulis esse refutata, et 1570 omnibus Thuringiae ecclesiae doctoribus inculcatum, vt corpus doctrinae Thuringicum recens editum, quo praeter tria vetera symbola vniuersalia maior catechismus Lutheri, Aug. Conf. et apologia contineretur, in institutionibus publicis fide servarent; cui simile quid paulo post in terra Brandenburgica atque Brunsuicensi acciderit²⁹⁾). Postea ex mandato, quomodo Witebergae, qui munus sacram susciperent, explorandi essent, iam ante annum 1560 in Iucem edito, ostendere studet, tum temporis non tantum doctrinam in sacro codice et veteribus symbolis propositam, sed etiam catechismum Lutheri atque confessionem tanquam normam commendatam esse³⁰⁾). Denique probare studet, etiam si ante formulam concordiae libri isti neutiquam symbolorum nomine insigniti fuerint, tamen quam Aug. Conf. et apologiam, tum Smalcaldicos articulos, tum Lutheri catechismos ista aetate re vera symbolicos fuisse, et pro iisdem habitos, adeoque vel nomen symbolorum ipsis ante formulam concordiae a Iulio, duce Brunsuigeni anno 1576 tributum esse³¹⁾). Quibus quidem *Loeberi* argumentis *Heni-*
kius

hibuit, est b. Strobel in libro: *Beyträge zur Literatur, besonders des*
xvi Jahrhunderts. T. II. part. I. p. 192 sq.

²⁹⁾ Lüber p. 6. 7 sq. ³⁰⁾ I. c. p. 12 sq. ³¹⁾ p. 15 sq. 18 sq.

*kies nonnulla opposuit*³²⁾, nempe, primum, ex singulari aliqua consuetudine in promotionibus theologorum Witebergenium visitata non nimis esse collendum, quum potius indignatio illa, qua *Oßendorf* in increpanda anno 1552 illa consuetudine plenus fuisset, satis manifestaret, eandem minime fuisse vniuersalem, item, fuisse, qui eidem acerimie repugnaret³³⁾. Deinde, quae parum accurate *Loeberus* ex mandato Henrici, ducis Saxoniae, afferat, non spectare, nisi ad sacrae coenae administrationem, et alia, quae pertineant ad cultum externum. Ipsi enim *Henkio* copia facta duorum huiusmodi mandatorum ad res ecclesiasticas spectantium, quorum alterum Lipsiae 1540, alterum Witebergae 1539 editum fit, ne illum quidem velligum ullius obligationis ad libros symbolicos, ac ne commendationis quidem eorundem apparuisse; sed post pacem demum religionis causa initam in singulis quibusdam terris, variis de religionis capitibus inter ipsos euangelicos doctores lites exortis opus fuisse quum confessionum a doctoribus euangelicis propositarum collectione, tum errorum cum ipsis pugnantium refutatione. *Loeberus* igitur non minus atque *Büsching* a vero aberrasse mihi videtur.

Praeterea censor quidam in ephemeridibus literariis Jenensi- bus³⁴⁾ contra *Büschingum* haec fere monenda censet, anno 1576 editam esse a Georgio Caelestino, theologo Brandenburgensi, Augustanam confessionem *symboli Germanici* nomine. Praeterea plures annos ante formulam concordiae in nonnullis corporibus doctrinae, e. g. Philippico sive Misnico, Pomeranico, Prutenico, Iulio &c. praeter tria symbola oecumenica etiam recentiores Lutheranorum confessiones in medium proponi, eoque ipso, aut singulo quodam monito insuper adiecto, pro scriptis eiusdem momenti atque auctoritatis declarari³⁵⁾. Cuiusmodi declarationes praeter istas nonnullas

G 3

las

³²⁾ *Allgemeine deutsche Bibliothek*, T. CXV. P. I. p. 108 sq.

³³⁾ Ipsi verba vid. ap. *Srobel* I. c. *So siehe nun; christlicher Lefer, mit allem Fleiß, was dies für ein Eid sey. Denn da werden sie allein an die Symbole und an die Augsb. Conf. gebunden &c.*

³⁴⁾ *Allgemeine Literaturzeitung*, 1789. Nr. 226.

³⁵⁾ Cf. e. g. *corpus doctrinae christiana Thuringicum*, iussu Ioannis Guilielmi, ducis Saxoniae, editum. Jenae 1570. fol. in prologo. Nec non corpus

las alias in variis scriptis, antequam formula concordiae publici iuris facta sit, obuias esse. Vix intelligi posse, quomodo factum sit, ut nonnullas in regiones, etiam vbi formulam concordiae nunquam pro libro symbolico habuerint, tamen mos ille, religionis doctores ad normam quandam fidei, librorum symbolicorum ope praescriptam, obligandi introductus sit, si formula concordiae primum omnium eiusmodi obligationis causa fuerit? *Büschingum*, si cautius rem inquisuisset, procul dubio perspecturum fuisse, iam inde ab anno 1533 *Doctores Theologiae futuros Augustanae confessione obstringi solitos* (cf. pag. 51. not. 28.); item recordaturum, in disceptatione controversiae de coena domini Witebergae 1536 Augustanae confessioni a *Bucro* aliisque esse subscriptum³⁶); in conventu Brunsuigeni anno 1538 inter principes euangelicos de primo genere iuramenti istius, religionis causa praestiti, consensum esse³⁷); praetereaque in controversiis, Maioristica, Adiaphoristica, Flaciana nonnullas confessiones atque formulas in medium propositas, et theologorum, atque religionis doctorum subscriptionibus probatas esse.

Denique praeter ea, quae in praecedentibus allata sunt, censor Halensis affirmat³⁸), iam ipso anno 1532 ecclesiam Protestantum Norimbergae ope pacis religionis causa factae Augustanae confessioni adstrictam esse; deinde Augustanae Confessioni et apologiae anno 1537 ab omnibus theologis, qui Smalcaldiae aderant, fuisse subscriptum. Praeterea Lutheri articulos, concilio futuro exhibendos ibidem a plerisque subsignatos. In ordinatione ecclesiastica Mecklenburgensi a Melanchthoni 1552 edita, quae Witebergae quoque auctoritatem quandam nausta sit, Aug. confessionem cum Lutheri articulis pro norma doctrinae habendam, esse declaratum. Postea anno 1559 ope libri confutationis, in quo multae haereticæ

corpus doctrinae Iulium, iussu Iulii, ducis Brunsuigenium atque Luneburgensem editum. Heinrichstadt bey Wolfenbüttel 1576. fol. in prologo, imprimis p. 10.

³⁶) Melanchth. epp. ed. *Saubert*. L. V. p. 69.

³⁷) *Seckendorf* comment. de Lutheranismo. Lips. 1694. L. III. p. 174.

³⁸) *Neues Journal für Prediger*. T. II. sive sub titul. *Journal für Prediger*. T. XXII. Part. III. p. 307 sq.

ticae opiniones, ab Augustana confessione alienissimae, Saxoniae theologis tributae, reprobatae sint, multo ante formulam concordiae theologis Vinariensisbus vere iugum esse impositum; simile quid eodem anno confessione Mansfeldiana effectum esse. Ut ea omittam, quae de variis diuersarum regionum corporibus doctrinae vsque ad formulae concordiae tempora varie editis, idem adiicit. Quin vel in ipsis literis commendatitiis anni 1553 a Büschingio prolati censor studet ostendere, vere de obligatione ad Augustanam confessionem esse sermonem, quoniam verba adiecta sint ³⁹⁾: ipsum in doctrina christiana perseueraturum, *sicut eam in nostra eccllesia confiteantur atque doceant;* quae verba non nisi de Augustana confessione intelligi posse existimat.

Hoc igitur ex omnibus hisce argumentis contra Büschingum prolati manifestum videtur esse, multo antiquiori aetate, quam ipse Büschingius existimauerit, libris ecclesiae nostrae symbolicis tantum auctoritatis tributum esse, vt, etiam si non ab omnibus ecclesiae Protestantium affectis, tamen a plerisque pro norma doctrinae habiti sint. Ipse tamen mos, religionis doctores ad huiusmodi normam obligandi, haud videtur ubique ab omnibus eodem tempore, eodemque modo introductus esse.

Primum subscriptionis in Augustanam confessionem exemplum Doederleinus ⁴⁰⁾ existimat esse Ioannis Schwebelii, Bipontini, qui 1536 Capitonii, aliisque, qui concordiae Witebergae operam darent, scriperit ⁴¹⁾: “Nosti, nos semper pacis studiosos fuisse, et libenter fentimus cum piis et eruditis, qui pie et simpliciter fidei nostrae dogmata tradunt: Ideo dudum confessioni Illustrissimorum principum, cui Philippus etiam apologiam addidit, subscripsimus.” &c. Solenniorem subscriptionem fuisse, quae in concordia Witebergensi 1536 et in conuentu Smalcaldico 1537 obtinuerit, multorum

³⁹⁾ Büsching l. c. p. 19. Er hat auch zugesagt, in christlicher Lehre des Evangelii, wie die in unsrer Kirche gelehrt wird, bekändig zu bleiben.

⁴⁰⁾ In progr. off. historicas circa obligationem ad normam quandam doctrinae euangelicae, continente. Jenae 1789. p. 6 sq.

⁴¹⁾ In centur. epp. theol. ad I. Schwebelium. Bipont. 1597. p. 297.

torum et celeberrimorum theologorum nominibus illustrem ⁴²⁾. Sed facile intelligi, nulla lege vel voluntate principum aut ecclesiarum ad huiusmodi subscriptionem theologos adductos accessisse, sed sponte sua. Nec in sanctionibus ecclesiasticis pristino illo tempore editis, quas inspererat *Doederlein*, e. c. in Marchionatu Brandenburgensi et Norica ciuitate anno 1533 publici iuris factis, quae reliquarum communis veluti fons et norma extiterint, quidquam reperiri vel de Aug. Conf., ad quam componi fides doctrinaque publica deberet, vel de significatione consensus cum publica illa fidei confessione; nec in constitutionibus ecclesiasticis Hannoveranis anni 1536, ac ne in Mecklenburgicis quidem multo senioribus, anni nempe 1557, iuramenti religionem praescribi, sed tantum iuberi, doctrinae puritatem vt proflueantur, leque conseruatuos illam esse promittant. Serio igitur existimat demum institutum esse, vt quod ante sponte praestitum fuisset, id mandato et legis necessitate seruari debuerit.

Iuramenti, doctrinae purioris causa praefliti, primum vestigium *Doederleinii* quoque cum *Strobelio* existimat reperiri in academia Witebergensi, id quod ex verbis antea (p. 52.) citatis Melanchthonis anno 1553 *Osiandri* oppositis: Non recens &c. colligit, igitur videri anno tertio vel quarto post editam conf. Augustanam a theologis Witebergensisbus iurisurandi vinculo obstringi coepisse doctores, vt fidei perseverantiam promitterent. Cuius rei testes citat statuta facultatis theologorum Witebergensium anno 1534 ab ipso Melanchthoni scripta ⁴³⁾). Quibus addere liceat, quae *Strobelius* ipse attulit ⁴⁴⁾), videri nimurum istum morem introductum esse 1533, quum primi omnium theologi, ecclesiae Lutheranae adhaerentes, ipso electore Ioanne Friderico praefente, ad gradum doctoris theologiae ascenderent. Praeterea *Doederleinii* quoque existimat, istud

⁴²⁾ *Seckendorf de Lutheranismo*. L. III. p. 152. recitat theologorum nomina, qui articulis Smalcaldicis subscripterunt: "Ex his, quae retuli, et post diligenter actorum archivii confederationem deprehendisse mihi videor, articulos a Lutherio compitos, placuisse quidem summopere electori Saxonie, et subscriptos esse a theologiis, quorum nomina existent." &c.

⁴³⁾ Inferta sunt Melanchthonis consilii sive iudicis theol. a Pezelio editis. Neost. 1600. p. 188. lege II. et III. ⁴⁴⁾ I. c. p. 196.

istud institutum pertinuisse tantum ad eos, qui ad honores academicos adspirauerint; neutquam ad quoscunque ecclesiarum ministros. Quae autem porro 1538 in conuentu Protestantium Brunsvigenis decreta sunt de iuramento religionis causa praestando, videntur tantum ad magistratus, aliosque, qui munere ciuili fungerentur, minime ad religionis doctores pertinere⁴⁵⁾. Nec tantum praeter litteras commendatitias anni 1553 a *Büschingio* in medium prolatas priores de anno 1540 citat *Doederlein*⁴⁶⁾, sed serius conscriptas quoque, nimurum de anno 1560⁴⁷⁾ in quibus significatur quidem nouorum ministrorum professio, se complecti incorruptam ecclesiae doctrinam; verum de iuramento in hanc causam praestito nihil obuium est.

Illiud tamen defendit *Doederlein*, negari non posse, Augustanam confessionem, aliosque libros haud diu post confessionem traditam, publica auctoritate tanquam doctrinae regulam valuisse. Cuius rei testes afferit epistolam Ambrosii Blaureri Musculo dictam anno 1534⁴⁸⁾; Buceri et Capitonis ad Lutherum anno 1537 conscriptam⁴⁹⁾; addit tamen, in libris istis, antiquioribus nimurum, quibus commendetur ministris ecclesiae in religione tradenda cum Aug. Confessione consensus, omnem symbolis, confessioni, apologiae auctoritatē non alia ex causa vindicari, quam propter confessionem cum sacris litteris; quod quidem locis ex diuerfis ecclesiasticis constitutionibus adductis studet probare; ex quibus constat, nonnullos eorum, qui ista sanxerint, (e. c. potissimum, Palatinum principem, Ott. Henricum, cuius declarationem anno 1556 in medium propositam ibidem laudat *Doederlein*⁵⁰⁾, tantum abfuisse, vt perennitatem doctrinae tum receptae et traditae omnino sperassent, nihilque futuris studiis atque curis emendandum reliquissent, vt potius spem vberioris reformationis luculentter et abunde significassent.

Arnoldus

⁴⁵⁾ cf. *Walch* introd. p. 947 sq. et quem citat, *Seckendorf*. L. III. p. 174.

⁴⁶⁾ In libro: *unſchuldige Nachrichten* de anno 1715. p. 190.

⁴⁷⁾ I. Ribini memoria A. C. in Hungaria. T. I. 1787. p. 148.

⁴⁸⁾ *Doederlein* l.c. p. 11. Laudat eas I. *Pappus* in libro: *Wahrheiten und wohlgegründete Widerlegung des — Berichts, so wider die Straßburg 1598 ausgegangne K. O. in Zweibrücken 1603 gedruckt worden*. Straßburg 1611. p. 371. ⁴⁹⁾ *Pappus* l.c. p. 51.

⁵⁰⁾ *Doederlein* l.c. p. 13 sq.

Arnoldus exemplum illo, quod *Doederlein* attulit, antiquius citat subscriptionis in Augustanam confessionem⁵¹), nempe anno 1532 ecclesiae reformatione Fribergae suscepta, ibi canonicos atque monachos, qui munus sacrum ambirent, Augustanae confessioni debuisse subscribere. Inde, dicit Arnoldus, sensim sensimque morem illum inualuisse, praesertim quum ipsorum librorum autores primi sub-signare soliti sint, quo facilius eodem modo alios obstringerent.

Quamvis igitur, ut ex his omnibus constat, tempore Augustanae confessionis traditionem proxime infuscato nonnulla singulare aliquius subscriptionis exempla obvia sint, tamen aut non ad omnes religionis doctores, sed tantum ad eos, qui honorem academicum peterent, pertinuerisse, aut tantum in singulis quibusdam locis visitatae fuisse videntur; aut non lege quadam praefectae, sed spontaneae. Nec de hoc satis conitat, utrum ea, quae de subscriptione Witebergensi anno 1536, et articulorum Smalcaldicorum subsignature anno 1537 instituta memorentur, tantum ad illud tempus, quo Witebergae de concordia agebatur, et articuli Smalcaldici literis consignabantur, nec minus ad istos theologos, qui tum temporis adesse pertinuerint (id quod veri simile videtur), an istud institutum ab illo ipso tempore ad alia loca, aliasque theologos, et in primis ad ecclesiae ministros fuerit propagatus? Hoc tamen conspicuum videtur esse, theologos, qui Smalcaldiae adfuerint, articulosque istos subsignarint, non suo tantum, sed patriae quoque, a qua missi erant, nomine subscriptisse. Sed demum temporibus formulam concordiae proxime antecedentibus certiora huius moris vestigia apparent, quanquam non in omnibus regionibus, quae Lutheri doctrinam receperant. Quamvis enim in nonnullis praefationibus doctrinae corporibus quibusdam praefixis, circa illud tempus editis, tantummodo de promissione fermo sit, subscriptionis aut iuramenti, quo libris symbolicis adstricti sint, nulla mentione facta⁵²); ex historia tamen illius temporis

⁵¹) *Kirchen und Ketzerhyst.* T.II. L.XV. c.17. §.5. vbi citat *Tob. Schmid's Zwickauische Chronik.* Zwickoviae 1656. 4. p.391. Part. I.

⁵²) Vid. e. c. corp. doctr. Thuringicum supra p.53. not. 35. citatum p.6. 8. &c. Item corp. doctr. Julian ibidem cit. p.12. vbi de iuramento aut subscriptione nihil. Item corp. Wilhelminum: *Summe der christlichen Lehre für Kirchen und Schulen des Fürstenthums Lüneburg.* Ulsen 1576 fol.

poris constat, nonnullis in regionibus subscriptionem librorum symbolicorum lege fuisse praescriptam.

Ac primum quidem de huiusmodi mandatis ad terram Saxoniam spectantibus nil reperire potui, *Gleichenii* historiam reformationis Saxoniae⁵³⁾ perlustrans. *Arnoldus* tamen⁵⁴⁾ deplorat, non nunquam vel aliorum praeter ecclesiae nostra symbola, librorum subscriptionem esse postulatum; namque anno 1573 ab ecclesiis Saxonicae ministris non tantum librorum symbolicorum, sed Saxonicae quoque confessionis, adeoque vel nonnullarum concionum a *Iacobo Andreae* habitarum subscriptionem fuisse exaclam, nisi munere cedere maluissent. Sed quea praeterea huc pertinentia reperi, potissimum quum ad Brunsugiensis, tum ad Borussiensis ecclesiæ historiam spectant. Ac prioris quidem res gestas vberius enarrat *Rehtmeier*⁵⁵⁾, qui tradit, nouas constitutiones ecclesiasticas Brunsugienses vna cum Augustana Confessione, apologia, articulis Smalcaldicis, et Saxoniorum theologorum declaratione in conuentu Luneburgico proposita anno 1564 nomine corporis doctrinae Brunsvigensium publici iuris factas, ecclesiae ministris, vt subscriberentur, esse traditas. Praeunte igitur *Iachimo Mörlino*, et *Martino Chemnitio* reliquos omnes religionis doctores eiusdem terrae pariter subscriptisse, atque declarasse, sibi persuasum esse de congruentia huius formulae doctrinae cum sacra scriptura, veteribus symbolis, doctrina Lutheri, qualis ipsis aetate proposita fit; in qua sepe perfeueraturos, polliciti sint. Quem quidem subscriptionis morem tradit ab illo tempore propagatum esse. Ita tamen a senatu Brunsvigensi instituta erant. Sed eadem deinde a duce Iulio proposita esse, tradit idem *Rehtmeier*⁵⁶⁾. Etenim in mandato ducis illius anno 1573 mense Novembri edito postulatur, vt omnes ad Guelpherytanam inspectionem pertinentes quum illius, tum omnis sequoris aetatis pastores sine villa exceptione simplici et categorica

fol. p. 5. 6. praefat. vbi sic: *sie* (de pastoribus gregis sacri sermo est) sollen statt eines leiblichen geschworenen *Eides* zuflügen &c.

⁵³⁾ Gründliche Nachricht der Reformationshistorie Chursächsf. Albertin Linie. von D. I. Andr. Gleichen. Dresden et Lipf. 1730. 4. Tomi duo.

54) l. c. §. 5.

⁵⁵⁾ Antt. eccle. inclytæ vrbis Brunsuig. *Braunschweig. Kirch. Hist. von Phil. Iul. Rehtmeiur.* Brunsuig. 1707 sq. 4. T. III. p. 253 sq.

⁵⁶) i. c. p. 363 sq.

subscriptione obligentur ad publice confitendum, se corpus illud doctrinae (cui in repetita post primam illam editione catechismus vterque Lutheri additus esse videtur), omni studio tueri, discere, credere, et tanquam normam in docendo seruare velle. Quod idem facere inspectionem Gandershemensem quoque iussam esse, addit Rehtmeier.

In ecclesia autem Borussensi quae acciderint hoc facientia, tradunt Hartknoch⁵⁷⁾, et Arnold⁵⁸⁾. Nempe noua constitutione ecclesiastica proposita anno 1567 theologos censuisse praestantius, Augustanae confessioni, apologiae et articulis Smalcaldicis in posterum quoque adhaerere, quam nouam aliquam confessionem conscribere. Cuiusmodi opus quum compositum, et a synodo Regiomontana probatum esset, tituloque: *repetitio corporis Prutenici*, insignitum, praeter episcopum Pomesanicum et professores nonnullos, ab octoginta duobus ecclesiae ministris Regiomonti subsignum esse. Deinde anno 1570 decretum, neminem, qui huic corpori doctrinae repugnaret, esse in terra Borussiaca tuendum. Ipsumque marchionem in praefatione, nouae istius corporis doctrinae editioni addita, declarasse, neminem ad munus ecclesiasticum, aut scholasticum, aut ullam aliud accellurum, nec, si quo fungetur, in eodem perseveraturum, qui corpori isti repugnaret. Omnes, qui cupierint muneri sacro initiari, iuramenti religione ab isto tempore huic corpori doctrinae adstrictos esse. Ipsam iuramenti formulam recenset Hartknoch⁵⁹⁾. Praeterea corpus academicum Regiomontanum constituisse anno 1573, neminem suo numero adscriptum iri, nisi praeter iuramentum illud insuper declararet, se in omnibus repetitionem corporis Prutenici seruaturn esse.

Pauca de Dania addenda. Pantoppidanus, ecclesiae Danicae historiam enarrans, affirmat, nullo exemplo probari posse, ante annum 1574 in Dania Augustanam confessionem, quamuis iamdiu probata esset, pro norma habitam, cui aut magistratus, aut ecclesiae minister quidam adstrictus fuisset; in istius tamen anni historia exempla

⁵⁷⁾ Preuss. Kirch. Gesch. von Cph. Hartknoch. Francof. et Lipsiae. 1686. 4.

p. 425. 426.

⁵⁸⁾ Kurzgefaßte Kirchengeschichte des Königr. Preuß. Regimont. 1769.

p. 315 sq.

⁵⁹⁾ Iuramenti formulam assert l.c. p. 444.

exempla huius rei fatis luculenta obvia esse⁶⁰⁾). Anno 1575 tamen omnes Hafniae pastores esse obligatos, ut nihil docerent, praesertim quod ad doctrinam de coena sacra spectaret, nisi Augustanae confessioni consentaneum. Ideoque instrumentum quadam conscriptum ab omnibus subsignatum esse, in quo confirmarent, se neutquam recessuros ab Aug. Conf. doctrinaque Lutheri, iuramento obstrictos, quod deo atque magistratui secundum Aug. Conf. praestitissent⁶¹⁾.

Quibus hoc vnum liceat exemplum addere, quomodo in urbe quadam imperiali libera cum libris symbolicis isto tempore actum sit. Nempe a Starkio, ecclesiae Lubecensis fata exponente, narratur: Lubecae anno 1560, quum Valentinus Curtius sacrorum praefulsi munere fungeretur, formulam consensus esse compositam, praeter tria symbola oecumenica, Augustanae confessionis, apologiae et Smalcaldicorum articulorum ratione habita; cui subscrivendo omnes illius ecclesiae ministri significant, se perpetuo in doctrina illa atque fide perseveraturos, nec vnam ab illa esse recessuros⁶²⁾.

Haec pauca de subscriptionibus ante formulam concordiae sufficient.

SECTIO II.

De formulae concordiae subscriptionibus.

Post multas atque varias de religionis capitibus lites exortas, quae magnarum perturbationum causae extiterunt, praesertim nonnullis ecclesiae Lutheranae theologis ad Calvini de sacra coena sententiam nimis propensi, tandem aliquando saepius de litibus componendis meditati sunt. Quapropter primum in conuentu Torgauensi anno 1574 nonnulli articuli ad controversias istas respicientes litteris consignati sunt, ut concordiae restituendae operam darent⁶³⁾. Quibus quidem nonnulli theologi lubenter subscripserunt, fuerunt tamen ex Wittebergenibus, qui subscribere recusarent⁶⁴⁾; quibuscum post praeterlapsum aliquod temporis spatium denuo quam ageretur, multis atque grauissimis monitis ad-

H 3

ditis

⁶⁰⁾ Annales ecclesiae Danicae diplomat. T. III. Hafniae 1747. 4. p. 52.

⁶¹⁾ I. c. p. 445 sq.

⁶²⁾ C. H. Starkens *Lübeckische Kirchenhistorie*, T.I. Hamb. 1724: 4. p. 153 sq.

⁶³⁾ Hutter Conc. conc. p. 174, 182 sq. ⁶⁴⁾ I. c. p. 206, 207.

ditis⁶⁵⁾), iterum recusarunt, quoniam in ipsis articulis nonnihil sibi deprehendere videbantur, quod concedere neutquam possent. Quos quum in dies contumaciores fieri elector animaduerteret, quatuor theologos Witebergenenses eodem anno 1574 captiuos a Torgavia Lipsiam duci curauit; munere, quo fungebantur, priuari; nec nisi sub hac conditione ex carcere dimitti, ut lubenter subscriberent, et tranquille degerent⁶⁶⁾. Deinde in secundo conuentu Torgaviensi nouum aliquod corpus doctrinae conscriptum, quod praeter prophetarum et apostolorum scripta tria symbola oecumenica, atque Augustanam confessionem, apologiam, articulos Smalcaldicos et utrumque catechismum Lutheri tanquam normam proponebat, secundum quam lites dirimenda effent⁶⁷⁾. Quem quidem librum iussu electoris Augulti theologis Augustanae confessionis misum; omnesque, qui in Saxonia subscribere recusarent, minis aut promissionibus, minime argumentis, ut subscriberent, impulsos esse, narrat Hospinianus⁶⁸⁾. Sed Iacobo Andrae de subscriptione extra Saxoniam quoque promouenda sollicito, nonnulla a variis variarum regionum theologis contra librum istum monita sunt⁶⁹⁾. Sex igitur celeberrimorum istius aetatis theologorum delectu habitu, qui in coenobio Bergensi, mense Martio anni 1577, variorum sententias de libro Torgaviensi diiudicarent⁷⁰⁾; tandem aliquando eodem anno prodiit liber iste, qui *xxvii* *ccccxv* Liber Concordiae s. Formula Concordiae appellatur⁷¹⁾. Quo quidem negotio feliciter peracto necessarium videbatur, ut liber iste variorum diuersissimae regionis theologorum atque principum subscriptionibus ornaretur. Sed nunc quoque quamplurimi et principes et theologi, nonnulla in isto libro deprehendentes, quae reprobanda censemant, subscribere recusarunt, et variis generis dubia in medium protulerunt⁷²⁾. Quapropter denuo theologi, qui huius rei curam suscepserant, maximam operam impenderunt, ut aliis quoque hanc subscriptionem persuaderent. In quibus narrandis Hospinianus nonnunquam inique, ut videtur, de illis iudicat, qui in hoc

⁶⁵⁾ Hutter l.c. p. 210 sq.

⁶⁶⁾ Hospiniani conc. discorf. p. 57 sq. Hutter l.c. p. 214, 216.

⁶⁷⁾ Hutter l.c. p. 325 sq. ⁶⁸⁾ l.c. p. 96, 103.

⁶⁹⁾ cf. Hutteri totum Cap. XII. de censuris form. conc. p. 354 sq.

⁷⁰⁾ Hutter l.c. p. 430 sq.

⁷¹⁾ Walch introd. p. 718 sq.

⁷²⁾ Hutter l.c. p. 465 sq. 524 sq.

hoc negotio exsequendo strenue versabantur ⁷³⁾). Ex quibus omnibus hoc satis manifestum est, post varias de subscriptione lites exagitatas, aliis diutius, aliis brevius tempus recusantibus, tandem subscriptisse tres electores, Saxonum, Palatinum et Brandenburgensem, multos principes, ciuitates imperiales, et plusquam 8000 verbi diuini ministros aut scholarum moderatores in variis Germania ergionibus ⁷⁴⁾). In quo negotio nihil actum esse violenter, Hutterus ⁷⁵⁾, et postea Walchius ⁷⁶⁾ demonstrare studet; quamquam tamen nonnulla exempla, quae afferit Hospinianus ⁷⁷⁾, et Arnoldus ⁷⁸⁾, etiam si concedas, vtrumque in ipsis enarrandis haud ab omni partium studio alienum fuisse, hoc saltem probare videantur: nonnullis in regionibus eos, qui huic rei operam impenderint, in perluandendis aut coercendis theologis subscriptionem recusantibus, iniquos atque violentos se praestitisse, et in puniendis illis, qui in recusando pergerent, nimis severos. Sed haec de formulae concordiae subscriptione in vnuero satis. In singulis quibusdam regionibus quae acciderint, huc spectantia, liceat addere.

In Saxonia, cuius elector Augustus de formula concordiae constituenda maxime sollicitus fuit, neutiquam est, quod miremur, fere primum omnium a religionis doctoribus, et scholarum moderatoribus subscriptionem iutius formulae exactam esse ipso anno 1577, vt narrat Gleichen ⁷⁹⁾). Nec magis mirum, principem, de concordia restituenda adeo sollicitum, primum omnium quoque 1580 curasse, vt ista concordiae formula publici iuris fieret ⁸⁰⁾.

Nec minus constat, in terra Brandenburgensi isti formulae circa idem tempus subscriptum esse ⁸¹⁾.

Eundem Saxoniae electorem Augustum Chemnitio, theologo Brunsuigeni, litteris, mense Iunio anni 1577 conscriptis, mandasse, vt de formulae concordiae subscriptione in terra Brunsuigeni sollicitus

⁷³⁾ I.c. p. 175 sq.

⁷⁴⁾ Vid. epitome hist. eccles. centuriae XVI pars altera auct. Luca Ofandri. Tub. 1610. 4. L.IV. c.4. p. 871. Hutter p. 164. Arnold I.c. §. 23. Walch I.c. p. 720. 721. ⁷⁵⁾ I.c. p. 581 sq.

⁷⁶⁾ I.G. Walch I.c. et in ei. *Einleitung in die Rel. Streit. der evang. luth. Kirche* T.I. p. 161 sq.

⁷⁷⁾ I.c. p. 183. 184. 187. 198. 204 &c. ⁷⁸⁾ I.c. §. 23. 24. 25. 27.

⁷⁹⁾ *Gründliche Nachricht. &c.* T.I. p. 127. 128. Walch introd. p. 727. 728.

⁸⁰⁾ Gleichen I.c. p. 37. ⁸¹⁾ Hospinian I.c. p. 206.

solicitus esset, narrat *Rehtmeier*, qui ipsas illas electoris litteras in medium profert⁸²⁾. Postea igitur praeter Chemnitium, ipsum ducem Brunsuigensem, Iulium magnam subscriptionis istius curam egisse. Itaque eodem anno 1577 in ista regione subscriptum esse. Praeterea ibidem tradit *Rehtmeier*, Chemnitium ex litteris Hammelmanni, theologi Oldenburgensis, percepisse, in terra Oldenburgensi formulam concordiae subsignatam esse. Quum non omnes ecclesiae ministri adfuerint, nomine absentium quoque esse subscriptum, omnemque istam rem magna cum perturbatione gestam⁸³⁾. Sed anno 1579 ducem Iulium multo minus de subscriptione ista sollicitum fuisse⁸⁴⁾, ipsamque formulam concordiae deinde a Brunsuigenibus neutiquam esse receptam. Animaduertisse enim theologos Helmstadienses, exemplar formulae concordiae anno 1580 Dresdae in lucem editum non omnino cum illo congruere, cui ipsi antea subscriperint. Igitur inde ab anno 1583 subscriptio formulae concordiae denuo in terra Brunsuigeni omissa est⁸⁵⁾.

Praeterea in terra Luneburgensi anno 1577 formulae concordiae esse subscriptum, narrat *Bertram*, qui ipsam formulam subscriptionis theologorum Luneburgensium assert⁸⁶⁾.

In Palatinatu varia variorum consilia fuere. Etenim comes Palatinus, Ioannes Bipontinus, quanquam de formula Torgaviensi nonnulla monenda existimaret, tamen eadem, quippe quam verbo dei, symbolis oecumenicis, Augustanae confessioni, apologiae, Smalcaldicis articulis, catechismo, atque constitutione ecclesiasticae Bipontinae consentaneam esse existimabat, recepit⁸⁷⁾; nec diu postea tamen eadem reliqua ecclesiae, quae *Reformatae* sibi nomen *zur' ζοχην* vindicauerat, adhaesit. Contra comes Palatinus, Philippus Ludovicus, Neoburgensis, formulam concordiae lubenter recepit, eidemque subscriptis, et a ditionis suae pastoribus, scholarmque moderatoribus subscriptionem exegit, praetereaque in vicinis

⁸²⁾ l.c. T. III. in *Beilagen* p. 283, 284.

⁸⁴⁾ l.c. p. 470.

⁸³⁾ l.c. p. 459, 460.

⁸⁵⁾ l.c. p. 482 sq. *Walch* introd. p. 744.

⁸⁶⁾ *Evangelisches Lüneburg, oder Reformation und Kirchenhistorie*. von I. H. Bertram. Brunsv. 1719. 4. T. II. p. 375 sq.

⁸⁷⁾ *Burk. Goith. Struv ausführlicher Bericht von der pfälzischen Kirchenhistorie, von Beginn der Reformation bis gegenwärtige Zeiten*. Frankf. 1721. 4. p. 305.

vicinis quibusdam locis eiusdem rei curam egit. Nec minus comes Palatinus, Richardus, Simmeriensis, vna cum theologis formulae concordiae fuit; elector Palatinus Ludovicus autem anno 1577 eandem recipere dubitauit⁸⁸⁾. Attamen nonnullis in ista formula mutatis, noua praefatione addita, ipsoque eiusdem strenuo defensore, Andreae, Heidelbergam adeunte, Ludovicus quoque 1579 non amplius subscribere recusauit, tantaque feueritate a theologiae professoribus Heidelbergibus subscriptionem exigit, ut alii resuscitantes, e. c. D. Edo Hildericus, munere theologicō cedere; alii, e. c. D. Erafus eandem ob causam in exilium proficiisci cogentur⁸⁹⁾. Frater tamen Ludovici, Ioannes Casimir, elector, in resuscitanda subscriptione perslitit⁹⁰⁾.

In Pomerania varias formulae Torgaviensis atque Bergensis causa synodos habitas esse, modo Wolgasti, atque Stetiniae 1577, modo Gryphisvaldae 1578, et denuo Stetiniae 1579, electoribus Saxoniae atque Brandenburgi iterum iterumque a Pomeraniae ducibus subscriptionem formulae concordiae flagitantibus, hisque vna cum theologis, qui nonnulla de isto libro monenda existimabant, plus vna vice recusantibus, vberius tradit *Balthasar*⁹¹⁾, qui quum electorum atque theologorum Saxoniae et Brandenburgi litteras atque responsa, tum Pomeraniae ducum atque theologorum litteras atque monita in medium protulit⁹²⁾. Quae postea gesta sint, donec tandem aliquando formula concordiae in Pomerania quoque anno 1581 libri normalis auctoritatem nausta sit, Iacobo Rungio, facrorum praefuse Pomeranico, maxime hac de re perficienda sollicito, idem *Balthasar* tradit⁹³⁾, ipsa Rungii verba afferens, qui nomine omnium ecclesiarum Pomeraniae, inquit, librum concordiae recepimus, exceptis tamen quatuor articulis, de Augustana Confes-

⁸⁸⁾ l. c. p. 311. 312.

⁸⁹⁾ l. c. p. 355. *Hofpinian.* l. c. p. 235. 238. 306.

⁹⁰⁾ *Hofpinian.* l. c. p. 239. 306.

⁹¹⁾ Erste Sammlung einiger zur Pommerschen Kirchengeschichte gehörenden Schriften zum Druck befördert von D. I. H. Balthasar. Gryphisw. 1723. 4. p. 346 sq. deinde p. 402 sq.

⁹²⁾ l. c. collectio secunda 1723. p. 9 sq. 90 sq. 116 sq. 202 sq. 221 sq. Quam acerbe nonnulli conquesi sint de tot subscriptionem exigentium machinationibus, vid. ibid. p. 231 sq. in litteris synodi Anglamensis ad superintend. quandam. praecipue p. 235. ⁹³⁾ l. c. p. 253 sq.

Confessione, de libero arbitrio, de lege et euangelio, et de adiaphoris, in quibus acquiescere non possumus⁹⁴⁾.

Praeterea in terra Megapolitana fuisse, qui subscriptionem istius libri recusarent, eodemque modo Holsatos, Magdeburgen-ses (qui tamen deinde subscriptissime videntur, nisi fallitur *Hospini-anus*⁹⁵), aut iuramento religionis obstricti esse, (conf. infra sect. III. p. 69.), Anhaltenses, et Hassiae inferioris theologos minime ad subscriptionem paratos fuisse, ipso Landgravio Hassiae, Guilielmo, subscribere nolente, quem superioris Hassiae theologi tamen lubenter subsignauerint, variorum scriptorum testimonia adducens indicat *Walchius*⁹⁶), nec non ex parte *Hospini-anus*⁹⁷).

Lubecae anno 1577 mense Iulio formulae concordiae a sacerdotum praefule, Andrea Pouchenio, ab omnibus ecclesiae ministris, scholarmque moderatoribus esse subscriptum, posteaque inde ab anno 1580 eandem pro symbolico confessionis libro, normaque doctrinae esse declaratam; denuo subsignata; illudque decretum, neminem in posterum munere ecclesiastico aut scholastico functurum, nisi huic formulae subscriptisset, demonstrat *Starkius*⁹⁸).

De iis, quae extra Germaniam acciderint, ut pauca adiiciamus, inter Borussiae episcopos, Wigandum atque Heshusium, libibus exortis administrator ictius terrae, marchio, Georgius Fride-ricus, quaeſuit ex theologis Herzbergae congregatis, quomodo in tanta ecclesiae perturbatione terrae sua confuleret, litesque componeret. Qui quidem optimum esse censerunt, si ab omnibus, quem munere ecclesiastico, tum scholastico fungentibus subscriptio formulae concordiae exigeretur, et ille subscriptiōndi mos ad pastores quoque propagaretur. Paucos igitur dies postquam marchio in conuentu instituto ex Wigando, aliisque, qui aderant, ecclesiae ministris quaeſiuisset, quid de formula concordiae sentirent, Regiomonti subscriptitur, mandato insuper per omnem Borussiae regionem missio anno 1579, ut in caeteris quoque ciuitatibus pariter atque extra

vrbes

⁹⁴⁾ l.c. p. 258.

⁹⁵⁾ p. 208. vbi formulam subscriptionis Magdeburgenſium affert.

⁹⁶⁾ Introd. p. 723 sq. *Einführung in die Rel. Streit. der luth. Kirche.* T.I. p. 169 sq.

⁹⁷⁾ l.c. p. 223. 227. 236. 352. 306 sq. conf. tamen *Hutter* l.c. p. 935 sq. al.

⁹⁸⁾ *Starkie* l.c. p. 335. 365.

vrbes subscriberetur ⁹⁹⁾). Formula concordiae igitur pro libro symbolico habita. Sed praeterea alia confessio conscripta est, ab omnibus confirmando, qui munus sacrum ambirent, in qua formulae concordiae pariter atque reliquorum symbolorum mentio facta est, simulque anno 1579 et 1585 constitutum, vt in visitationibus ad res ecclesiasticas pertinentibus accurate illud inquireretur, vtrum omnes regionis illius pastores in docendo formulam concordiae fideliter seruarent. Hoc tamen monendum, huic formulae illo tempore a nemine professore Regiomontano esse subscriptum ¹⁰⁰⁾.

Quibus propter loci affinitatem adiiciam, anno 1579 Dantiscanos a Lubecensibus esse rogatos, vt fedulo curarent formulae Bergensis subscriptionem a quolibet ecclesiae ministro exigendam, vt omnium istorum emporiorum, arctissimo vinculo inter se conexorum (*Hansestdate*) una eademque esset doctrina. Quod quidem Dantiscani recularunt ¹⁾, quorum senatus decreuit anno 1586, vt omnes ecclesiae ministri soli sacrae scripturae, symbolis oecumenicis, Augustanae confessioni et apologiae adhaererent, formulam concordiae Bergensem minime curarent ²⁾.

Nec omittendum, quomodo in Dania cum libro concordiae actum sit. De quo quidem inter eruditos constat, narrari, hanc formulam, dissidentibus ipsius subscriptionem D. Paulo Matthiae, episcopo Hafniensi, et Paulo ab Eitzen, episcopo Slevicensi, (qui, quamvis subscriptionis causa vehementer a Iacobo Andreae sollicitaretur, tamen strenue eandem recusauit ³), anno 1580 ab ipso rege Friderico II. esse combustam: quod quamvis nonnulli in dubium vocauerint, vt monet *Walch* ⁴), tamen negari neutiquam posse, Pantoppidanus probare studuit ⁵). De hoc saltem dubitare plane non licet, per edictum regium omnino illud esse prohibitum, ne quis religiosus doctor in omni terra Danica eandem legeret, nedum ipsius curam haberet.

I 2

SECTIO

⁹⁹⁾ Hartknoch l.c. p. 477-479. 487. 488. Arnold Pr. Kirch. H. p. 322 sq.
¹⁰⁰⁾ Arnold l.c. p. 326.

¹⁾ l.c. p. 725.

²⁾ l.c. p. 727. 746 sq.
³⁾ vid. *Henr. Muhl* dissert. hist. theol. Kiliae 1715. 4. qui p. 194. 195. Andreae pariter atque *Eitzenni* litteras anno 1577 huius rei causa conscriptas assert.

⁴⁾ Introd. p. 725. 726.
⁵⁾ l.c. p. 97. 134 sq. in primis p. 476-485. vbi omnes istae lites yberius recessentur.

SECTIO III.

Subscriptionis historia post formulam concordiae receptam.

Vt denuo a Saxonia initium faciam, Kieslingius narrat, Crel-
lium, cancellarium, qui perpetuo formulae concordiae subscribere
et iuramento illo religionis causa praestando se obstringere recusasset,
studuisse electori Christiano I., Augustum secuto, suspicionem con-
tra formulam istam mouere, quin eandem omnino abolere. Qua-
propter nonnulli, falso tamen, tradiderunt, ipsum electorem de-
tuenda ista formula parum solicitum fuisse, quum e contrario satis
confitet, ipsum, praeterea quod isti formulae subscripterit; decla-
rasse, se nunquam ab eadem recessurum ⁶). Deinde idem Kiesling
affert mandatum electoris Christiani II. Dresdae anno 1602 in lu-
cem editum, quod non tantum a consiliariis, omnibusque, qui
munere ciuili in terra Saxonica funguntur, iuramentum religionis
exigit ⁷), formulamque concordiae maximopere commendat, sed
etiam omnibus, ecclesiae aut scholae cuiquam praepositis, Recto-
ribus, Doctoribus, Professoribus, Assessoribus consistoriorum, fa-
crorum praefulibus et adiunctis &c. illud omni studio inculcat, li-
brum concordiae iterum iterumque legendum, et in omni examine
instituendo adhibendum; nemini, qui non huic formulae subscrip-
rit, seque norma ista obstrinxerit, esse ad munus sacrum adeun-
dum &c. ⁸). Sed praeterea quoque idem ille elector de religione
christiana, Lutheri aliorumque opera repurgata, ab omni labe im-
muni feruanda maxime sollicitus, iuris iurandi formulam in lucem
edi curauit, quo omnes, qui aut illa aetate munere vel ecclesiastico
vel ciuili fungerentur, aut in posterum functuri essent, polliceren-
tur, se in sincera doctrina christiana, quae in inuariata Augustana
confessione declarata, in libro concordiae repetitæ esset, fide per-
seueraturos, nec quidquam vel priuatim, vel publice contra eam
machinaturos ⁹). Quam quidem iuramenti formulam Kieslingius
narrat ad nostra vsque tempora (1770, quo conscriptus est iste
liber) in Saxonia usitatam, et praeterea quoque in ducatus Erne-
stinae stirpis introductam esse ¹⁰.

In

⁶) Fortsetzung der Löscherschen histor. motuum, von I. Rud. Kiesling.
Swobaci. 1770. 4. p. 47 sq. ⁷) cf. Gleichen l.c. T.I. p. 37.

⁸) Kiesling l.c. p. 209 sq. ⁹) l.c. p. 215, 216. ¹⁰) 4. c. p. 218.

In terra Brunsuigenium anno 1588 veterem illum auctore Chemnitio institutum formulae concordiae subscribendi modum de-nuo introductum esse, narrat Rehtmeier, qui ipsam subscriptionis formulam in medium profert ¹¹⁾), in qua pollicentur, se formulam illam pro fidei et doctrinae norma, atque pro confessione sua habituros, a qua in docendo et scribendo recedere nefas sit. Cui quidem subscribers omnes, quum vrbium, tum vicorum istius terrae pastores, atque scholarum moderatores usque ad annum 1670. Post traditam autem vrbem duci Rudolpho Augusto, anno 1671, subscriptionis mos abrogatus, nec nisi corpus doctrinae Iulium pro norma habendum esse, declaratum est.

In terra Magdeburgica circa annum 1739 nonnulla, quae ad religionis illud iuramentum spectant, mutata sunt. Etenim pro eo quod in antiquioribus constitutionibus ecclesiasticis anno 1652 in lucem editis praeter sacram scripturam tria symbola oecumenica, et Augustanam confessionem, et apologiam, catechismos item Lutheri, Smalcaldicos articulos atque formulam concordiae pro doctrinae norma habenda esse statueretur, in recentioribus anno 1739 publici iuris factis constitutionibus non nisi de receptis in ducatu Magdeburgico libris symbolicis, nullius sigillatim nomine citato, sermo est. Nec minus pro eo, quod olim fanciretur, nemini munus vel sacram, vel ciuale adeundum esse, nisi itas confessiones fidei probasset, iuramentoque religionis se obstrinxisset, in recentioribus non nisi hoc vnum postulatur, ut maxima cura adhibeatur, ne scripta perniciofa, et verbo dei repugnantia typis imprimantur, aut in terram illam inuehantur, iuramenti illius nulla amplius mentione facta ¹²⁾).

Pomeraniae ecclesiae res gestas enarrans Balthasar affert, Martinum Frisium, pastorem, aliosque, qui ante ecclesiae Pomeraniae responsis de formula concordiae subscripsissent, in quibus tamen contra articulos de persona Christi, et de coena sacra in eadem formula propositos nihil monitum erat, anno 1593 in synodo Stetinensi manifestasse, se neutquam posse istis articulis subscribere, veruntamen ab aliis enixe rogatos subscripsisse. Cuius subscriptionis formulam affert Balthasar ¹³⁾). Postea lites de libro concordiae com-

¹¹⁾ l. c. T. IV. p. 45 sq.

¹²⁾ Vid. Acta historiae ecclesiasticae. Tom. XIX. Vinar. 1740. p. 584 sq.

¹³⁾ l. c. T. II. p. 278.

positas esse, quum nimirum in ista synodo formulae istius articuli tres, VII. de facra coena, VIII. de persona et natura Christi, et XI. de aeterna praedestinatione et electione dei, vna cum catalogo testimoniorum patrum publica auctoritate sub libri symbolici nomine recepti essent¹⁴⁾, qui ad examinandos eos, qui munus sacrum adirent, sedulo adhibendus esset. Igitur nondum anno 1593, ac ne 1636 quidem, quum nouum rescriptum ad res ecclesiasticas pertinens in lucem ederetur, omnes formulae concordiae articulos pro symbolis habitos. Et quamuis haud satis accurate definiri queat, quando totus ille concordiae liber a Pomeranis tanquam symbolicus receptus sit, tamen ex statutis facultatis theologicae Gryphiswaldiensis, dum adhuc in viuis esset dux Bogislaus XIV, qui die 10 Martii 1637 morte functus est, in lucem editis, quae de solenni iuramento loquuntur, quo theologiae professores istius academie ad perseverandum, vt in reliquis ecclesiae nostrae symbolis, ita quoque in formula concordiae profitenda obligantur; demonstrare studet, inter diem 13 Maii anni 1636, quo rescriptum illud antea citatum editum esset, et diem 10 Martii 1637, totam formulam concordiae ab ecclesia Pomeranica in academia Gryphiswaldensi esse sanctitatem; ac ne tunc quidem in omni terra Pomeranica; sed demum Sueciae regis constitutionibus anno 1687 in lucem editis totum concordiae librum pro symbolico habendum, esse mandatum, illudque decretum, vt, quum in omni Suecico regno, tum in terris regi Suecorum subditis omnes, qui munus academicum, ecclesiasticum, scholasticum adituri essent, religione iuramenti profiterentur, se in ista doctrina atque confessione perseveraturos, quae omnia *Balthasar vberius* exponit¹⁵⁾. Qui quidem mos videtur ab isto tempore propagatus esse.

De iis, quae post illud tempus in Borussia de libris symbolicis, et in specie de formula concordiae acta sint, apud *Hartknoch* et *Arnold* non nisi haec pauca reperi: sub initium saeculi XVII. a professoribus quoque in academia Regiomontana libro concordiae esse subscriptum. Etenim in confessione quadam anno 1618 edita, cui omnes professores subscripterint, formulae concordiae pariter atque repetitioni corporis doctrinae Prutenici, normae

¹⁴⁾ l.c. p. 308.

¹⁵⁾ l.c. p. 306 sq.

mae vim esse tributam; idem in statutis facultatis theologicae anno 1623 in lucem editis factum esse; nec minus in iuramenti formula, qua omnes theologiae doctores futuri obstringantur, praeter alios ecclesiae nostrae libros symbolicos formulae concordiae quoque factam esse mentionem¹⁶⁾). De recentioribus igitur temporibus quem *Arnoldus* nihil moneat, videtur hic quoque nihil ad istum subscribendi morem pertinens esse mutatum.

Denique Pantoppidanus narrat, tempore principis Slesvicenfis, Ioannis Adolphi, qui ad ecclesiae Reformatae doctrinam propensior fuerit, nonnullos de sincera Lutheri doctrina seruanda vehementer sollicitos fuisse, praesertim quum iuramenti olim a Paulo ab Eitzen constituta formula, quae ad catechismum Lutheri et articulos Smalcaldicos respiceret, abrogata esset, nec recens introducta formula nisi symboli Nicaeni et Athanasiani, Augustanae confessionis et apostoliae mentionem faceret¹⁷⁾). Deinde anno 1625 nomine filii regii Christiani, qui tunc temporis patris Christiani IV. vices explebat, mandatum est, ut propter varias de religionis capitibus lites exortas in posterum nemo professoris munus aggrederetur, nisi iuramenti loco Augustanam confessionem inuariataam recepisset¹⁸⁾. Denique anno 1631 consistorium sanxit, quemque, qui munus professoris adiret, iureirando ad articulos fidei nostrae tuendos obligandum esse.

Ex quibus omnibus satis constat, nonnullis in regionibus modum illum, subscriptione aut iuramento religionis doctores ad libros symbolicos seruandos obligandi, haud ita vetustum esse, ut strenui eiusdem defensores ritus ipsius antiquitate iure gloriari queant; minime autem inde a reformationis aetate, ac ne a formulae concordiae quidem temporibus in omnes istas regiones, ubi etiamnum valeat, introductum fuisse; nec vnuquam omnium ecclesiae nostrae symbolorum subscriptionem in omnibus regionibus, quae Lutheri doctrinae adhaereant, vniuersalem esse factam; nec sicut in nonnullis terris primum institutus fuerit, illum ritum incorruptum esse seruatum.

¹⁶⁾ *Arnold* l.c. p. 554.

¹⁷⁾ l.c. p. 577 sq.

¹⁸⁾ l.c. p. 758.

CONSPE-

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Partis primae Sectio I. De vtilitate librorum symbolicorum in genere.

Vtilitas

- 1) historica §. 1.
- 2) normatica quae duplex.
 - a) ad regulam doctrinae publicae constituendam §. 2.
Quaeritur, quibus limitibus normatica illa vtilitas circumscripta sit?
 - b) ad lites dirimendas §. 3.

Sectio II. De vtilitate librorum symbolicorum ecclesiae nostrae in specie.

Particula I. Vtilitas, quam nostrae ecclesiae symbola cum quibusvis aliis communem habeant.

- 1) historica §. 1.
- 2) normatica quae duplex.
 - a) ad doctrinae publicae regulam constituendam §. 2.
Quaeritur, quibus ipsa limitibus circumscripta sit?
 - b) ad lites dirimendas §. 3.

Particula II. Vtilitas librorum ecclesiae nostrae symbolicorum ex ipforum indole demonstrata.

Sectio III. Aliorum de libris symbolicis sententiae recensentur.

Pars secunda historica.

Sectio I. Historia subscriptionis ante formulam concordiae.

Sectio II. De formulae concordiae subscriptionibus.

Sectio III. Historia subscriptionis post formulam concordiae receptam.

CORRIGENDA.

Pag. 10	lin. 25	pro:	earum,	lege:	corum.
—	10	—	facile,	—	facile,
—	15	—	quac,	—	quae.
—	26	—	qui,	—	cui.
—	27	—	persuafus,	—	persuafum.
—	52	—	Brunnicensi,	—	Brunnigenſi.

CONSE

93062

ULB Halle
005 419 107



3

GOTTLOB GVILIELMI MEYER

L V B E C E N S I S

SEMINARII REGII PHILOLOGICI SODALIS

C O M M E N T A T I O

LIBRORVM SYMBOLICORVM
ECCLESIAE NOSTRAE UTILITATEM

E T

HISTORIAM SVBSCRIPTIONIS EORVNDEM
EXPO NENS

IN CERTAMINE LITERARIO

C I V I V M

A C A D E M I A E G E O R G I A E A V G V S T A E

DIE IV. JVNII C I C C X C V I .

P R A E M I O A R E G E M . B R I T A N N I A E A V G .

C O N S T I T U T O

A B O R D I N E T H E O L O G O R V M S V M M E V E N E R A B I L I
O R N A T A .

Gal. V, 1. Τῇ ἐλευθερίᾳ, ἣ χριστὸς ἡμᾶς ἐλευθέρωσε, εῆμετε, καὶ μὴ πολὺν
ζυγῷ δουλειάς ἐνέχεσθε.

G O T T I N G A E

T Y P I S I O A N N . C H R I S T I A N . D I E T E R I C H .

Farbkarte #13

